

HT

not on Rich. val. p. 28.

C

ITINERARIUM
PEREGRINI
PHILOSOPHI,

Sinis, Japone, Cocincinâ,
Canadâ, & Brasiliâ
definitum.

LAUREATO HONORI
Perillustris, ac Eruditi
DOMINI
ALEXANDRI GABRIELIS
CSHERY
De Csery Falva, & in Tootsook.
CUM PER
R. P. FRANCISCUM SZDELLAR
e Societate JESU, AA. LL. & Philosophiæ Doctorem, ejusdémque Professorem Ordinarium.
In Alma Archi-Episcopali Universitate S. J. Tyrnaviensi
Primâ AA.LL. & Philosophiæ Laureâ condecoraretur.
A
CONDISCIPULIS PHYSICIS
DICATUM
Anno M. D. CC. XX. Mense Majo Die

Tyrnaviæ Typis Academ. per Fridericum Gall,

D. O. M. A.

Quod Bonum, Felix, Fauſtum
'ortunatúmque ſit, huic Almæ
.rchi-Epiſcopali, Societatis JESU Univerſitati Tyrnavienſi, Senatui Philoſophico, totíque Reipublicæ Chriſtianæ,

SUB

REVERENDO PATRE

FRANCISCO XAVERIO
JANESSICH,

Soc. JESU AA. LL. & Philoſo-
iæ Doctore, Sacrorum Canonum Pro-
'eſſore Ordinario, nec non inclytæ Facultatis Philoſophicæ

DECANO SPECTABILI.

rilluſtres, Reverendi, Prænobiles, Nobiles, tam virtute, quàm eruditione conſpicui

In Aula Univerſitatis
nno M. DCC. XX. Menſis Maji Die
Horâ octavâ Matutinâ.

imâ AA. LL. & Philoſophiæ Laureâ ſolenni ritu ornati ſunt.

PROMOTORE

P. FRANCISCO SZDELLAR,
Societate JESU, AA. LL. & Philoſophiæ Doctore, ejuſdémque
PROFESSORE ORDINARIO.

NOMINA PROMOTORUM.

1. R. D. JOANNES BORSAI, Nobili Ungarus Püspökiensis ex Comitat Posoniensi, Semi. S. Steph. Regi Hung. Alumnus, Diœces. Strigo niensis, *defendit universam Logicam*
MICHAEL IGNATIUS FÖLDESSY Nobilis Ungarus Podoliensis, ex Comitatu Nitriensi.
R. D. STEPHANUS ZALCZPANGH Nobilis Ungarus Eheczkiensis, e Comitatu Neogradiensi, Colleg Gen. Cler. R. H. Alumnus, Diœce sis Strigoniensis.

2. ALEXANDER GABRIEL CSHERY de eadem & in Tootsóok Perillustr Ungarus, ex Comitatu Nitriensi.
GABRIEL KOLECSANY, Perillustr Ungarus Borcsanensis, ex Comitat Trenchiniensi.

3. JOANNES PUKLY, Nobilis Un Ginsiensis ex Comit. Castriferrei.
R. D. JOSEPHUS PAAL, Nobil Ungarus Karancskeszyensis, exCom tatu Neogradiensi, Coll. Gen. C Reg. Hung. Alumnus. Diœcesis Str goniensis.

4. I

:. R. D. JACOBUS DOMBAI, Nobilis Ungarus Nagy - Lovcsensis, ex Comitatu Barsiensi, Sem. S. Adalberti Alumnus.

. R. D. ANDREAS RUGYINSKY, Nobilis Ungarus Baziniensis, ex Comitatu Posoniensi, Sem. S. Steph. Reg. Ung. Alumnus, Diœcesis Strigoniensis, *defendit universam Logicam.*

. R. D. JOANNES LILIOM, Nobilis Ungarus Czabajensis, ex Comitatu Nitriensi. Coll. Gen. Cl. Reg. Ung. Alumnus, Diœces. Nitriensis.

. R. D. GREGORIUS LADISLAUS PöSTéNY, Nobilis Ungarus Füllekiensis, ex Comitatu Neogradiensi. Sem. S. Adalberti Alumnus Koharianus. Diœces. Strigoniensis.

. R. D. MICHAEL HALECSKA, Civis Ungarus Egbeliensis, ex Comitatu Nitriensi. Coll. Gen. Cl. Reg. Hung. Alumnus. Diœces. Vaciensis.

. R. D. ALEXANDER LADISLAUS SZENTLáSZLAI, Nobilis Ungarus Suraniensis, ex Comitatu Neogradiensi. Sem. S. Steph. Reg. Hung. Alumnus. Diœces. Strigoniensis.

). R. D. FRANCISCUS BALOGH, Civis Ungarus Jaurinensis, ex Comitatu Jaurinensi, Sem. S. Steph. Reg. Hung. Convictor. Diœces. Jaurinensis.

11. R.

11. ANDRAS JOANNES ERDéLYI, Nobilis Ungarus Felsó Tarkanienſis, ex Comitatu Borſſodienſi.
12. R. D. ALEXANDER BENKö, Nobilis Ungarus Vönöczkienſis, ex Comitatu Caſtriferrei Sem. S. Steph. Reg. Ung. Convictor. Diœceſis Jaurinenſis.
13. R. D. GABRIEL NYéKY, Nobilis Ungarus Nyékienſis, ex Comitatu Hontenſi, Coll. Gen. Cl. Reg. H. Alumnus.
14. JOSEPHUS LADISLAUS WABELL, Nobilis Ungarus Trenchinienſis, ex Comitatu Trenchinienſi.
15. R. D. JOANNES LADISLAUS ROSZINSZKY, Ungarus Roszinenſis, ex Comitatu Trenchinienſi, Sem. S. Adalberti Alumnus Gubasóczianus.
16. MICHAEL JADUDA, Civis Ungarus Galgoczienſis, ex Comitatu Nitrienſi.
17. R. D. ALEXANDER BALOGH, Nobilis Ungarus Galanthenſis, ex Comitatu Poſonienſi Sem. Mariano Szelepcséniani Alumnus.
18. ADAMUS GALGOCZY, Prænobilis Ungarus Galanthenſis, ex Comitatu Poſonienſi.
19. JOANNES IGNATIUS BALASOVICS Nobilis Ungarus Dubnicenſis, ex Comitatu Trenchinienſi.
20. * ANDREAS JOSEPHUS HIRES Civis Ungarus Oszlanenſis, ex Comitatu Barſienſi.

21. ALE-

21. ALEXANDER LADISLAUS SZöRéNYI, de Kiss-Szörény, Prænobilis Ungarus Panyiensis, ex Comitatu Abaujvariensi.

22. FRANCISCUS FEHéR, Nobilis Ungarus Gyöngyösiensis ex Comitatu Hevesiensi, Seminarij Mariano Szelepscéniani Alumnus.

23. * ANDREAS FRANCISCUS SCULTETY, Civis Ungarus Warallyensis, ex Comitatu Thurocziensi.

24. MICHAEL RAPHAEL BUJDOSó, Nobilis Ungarus Füllekiensis, ex Comitatu Neogradiensi.

25. STEPHANUS STIFFA, Nobilis Ungarus örögiensis, ex Comit. Nitriensi, Sem. S. Adalberti Alumnus.

26. JOANNES SPACZ, Nobilis Ungarus Samariensis, ex Comitatu Posoniensi.

27. AUGUSTINUS TAMASKOVICS, Nobilis Ungarus Rasticiensis, ex Comitatu Nitriensi.

28. * FRANCISCUS NYARAI, Nobilis Ungarus Vaciniensis, ex Comitatu Pestinensi.

29. STEPHANUS BARANYAI, Nobilis Ungarus ex Sancto Benedicto, ex Comit. Barsiensi.

30, CHRISTIANUS PSTRUHA, Civis Ungarus Szakolczensis, ex Comitatu Nitriensi.

31. JA-

31. JACOBUS BARTOK, Nobilis Ungarus Also-Tarkanenſis, ex Comitatu Heveſienſi.

32. JOANNES BOBKOVICS, Ungarus Corompenſis, ex Comitatu Poſonienſi.

33. STEPHANUS ONDRISS, Civis Ungarus Banenſis, ex Comit. Trenchinienſi.

34. * JOANNES ANTONIUS PETKO, Nobilis Ungarus Tóttfalvenſis, ex Comitatu Thuroczienſi.

35. JOANNES IZOLT, Nobilis Ungarus Szölösſienſis, ex Comitatu Barſienſi.

36. JOANNES HOLES, Ungarus Falkasdvoranenſis ex Comitatu Nitrienſi.

37. MARTINUS SUBSZKY, Ungar. Rapcztcenſis, ex Comitatu Arvenſi.

38. JOANNES ANTONIUS RAJCHER, Nobilis Ungarus Pernekienſis, ex Comitatu Poſonienſi.

39. STEPHANUS FRANCISCUS XAVERIUS OCZELKAI, Ungarus Sárföenſis, ex Comitatu Nitrienſi.

40. ANDREAS SIMONOVICS, Libertinus Ungarus Vigleſſienſis, ex Comitatu Veteroſolienſi.

41. GEORGIUS JOANNES DANKOVICS, Nobilis Ungarus Radoczovienſis, ex Comitatu Nitrienſi.

42. MICHAEL KOPRIVCSICS, Ungarus Wistukienſis, ex Comitatu Poſonienſi.

43. JOANNES RAJECZKI, Nobilis Ungarus Shoskoczenſis, ex Comitatu Thurocziensi.

44. JOANNES IGNATIUS CZABóK, Civis Ungarus Tyrnavienſis, ex Comitatu Poſonienſi.

45. ANTONIUS HORAK, Nobilis Ungarus Galgoczienſis, ex Comitatu Nitrienſi.

46. ANDREAS MIHALOVICS, Nobilis Ungarus Sandorffienſis, ex Comitatu Nitrienſi.

47. PAULUS SZMOLKOVICS, Ungarus Zavadenſis ex Comitatu Nitrienſi.

48. FRANCISCUS KINCSEI, Civis Ungarus Quinque-Eccleſienſis, ex Comitatu Baranyenſi.

49. MARTINUS OSVALDAI, Ungarus Pernekienſis, ex Comitatu Poſonienſi.

50. MICHAEL HORVATH, Civis Ungarus Agrienſis, ex Comitatu Heveſienſi.

EXTRA ORDINEM.

D. MATTHIAS HUJASS, Civis Ungarus Lipniczenſis, ex Comitatu Arvenſi, ſecundi anni Theologus.

PROBLEMATA

In Actu deciſa.

1. An Philoſopho præſtabiliùs ſit in patria vel extra illam degere?
2. Quis ſenſus Philoſopho utilior, oculus an auris?

PRO-

PROBLEMA HOROGRAPHICUM.

Quomodo in plano verticali ſparſim licèt disjectis horis, horologium tamen verticale ordinatum, & vera ſolis hora videri poſſit.



PERILLUSTRIS, AC ERUDITE DOMINE, NEO-BACCALAUREE.

OMnibus quidem nobis, theatrum gloriæ communis hodie patuit, ut primos laborum fructus delibare liceat; Tibi *tamen cumulum cedimus, tam* [g]*ratulantes virtutibus* T*uis honorem, quàm vir*[t]*utem honori, & ſpectatam annuo curriculo in*[d]*uſtriam, non indecoram Marte Scholaſtico; quâ* [t]*um demum locum Cenſorum omnium calculo preere meritus es, ut vix intercedat paſſus ab* [su]*mmo faſtigio; ſpémque facias maximam, ſi ea*[de]*m animi conſtantiâ dimicare pergas, omnium* *princeps declarêre. Eja macte egregio Juventis rudimento! bis de ſapientia bene meritus:* [alter]*nel quòd arduæ quidem illi primo in aditu, &* [s]*eræ Palladi animum hoſpitem præbeas; alte*[ru]*m quòd eandem liberaliter foveas; utroque* [ma]*gnificus, & ſiquid ſupra magnificentiam aſſur*[git]*, illo ipſo excelſior. Utinam tam præclara* [pro]*loles, ſe dignos nanciſcatur æmulos, qui non* [ta]*n claritatem à nomine ſuo dare ſcientiis, quàm*

)(2 no-

nomen à scientiis petere gestiant! Profectò, si quid augurari licet, hæc tenella virgula in lauros crescet felicissimas; adeò in excellenti vertice, imò in pectore fertili consita. Quis nescit à radice tenui venisse palmam Rutilij, Varronis myrtum, Herculis oleam, Cæsarisque lauream? parva initio, progressu tempor s summa virtutis, & sapientiæ præmia. Rebus ipsis ostendis, ad quid adolescas; dum è Veris exordio, de Autumni ubertate sententiam jubes nos omnes dicere. Interim plausu solido in flore maturos gloriæ fructus collige; & in oriente sole plenum meridiem auspicare. Quamquam timere nos aut Tu, *aut alius quispiam severior facit, qui succenseat, Victori non Patrium, & domesticum munus oblatum esse. Verùm, quoniam domo prodiverimus, Lamiam hac in re imitari non piguit, quam fabulæ commemorant, quoties Lares suos deserit, oculos exemptos pyxide, orbibus suis inserere, ut aliena videat. Barbara, fatemur, sunt, quæ damus, atque ab ultimis orbis partibus adscita; ad hæc tumultuario magis, & congestitio strepitu malè cohærentia, quàm cum delectu, ad ordinem, & ornatum exacta. Sed quoniam virtus, & vitium materies promiscua scribendi fuerat; calamo non cespite stylus duci non poterat. Hac nihilominus opellâ,* Tu *præprimis sapientiæ mysteriis recens initiate, Logicæ spinas consolare, donec plausus uberiores excipias.*

Quos precantur


Honoris Tui

Studiosissimi

Condiscipuli Physici



INGRESUS
Et Occasio Colloquij.



Nnius ætatem, quæ proximè ab Adoleſcentia abeſt, ingreſſus, Philoſo-
hiæ, naturam rimanti, operam
abat, cùm repentino eorum, quæ
Magiſtro ſubtiliùs, quàm tem-
eſtiviùs diſputabantur, tædio in-
ıſus, ſecum; quid inquit optimos
tæ annos in ſenticeto iſthoc con-
ro, ſtramentiſque veſcor, mo-
entum nullum unquam facturus?
cedunt generis claritas, res am-
a domi, Patri ante trieridem,
atri nuper ſuprema juſta perſo-
:a, æqualium exempla, quæ tuâ
'ibertate vivere ſuadeant, & ſi
a ingenij acrimoniâ es, in uti-
ribus exerendam. Supremùm
tur complexus Philoſophiam,
: paternos Lares, unico Procu-

ratori, cui omnes Dij, Deæque,
præter Palladem, abundè faverant,
cuſtoditos reviſerat, cùm hoſpi-
tem accipit cultu, moribus pere-
grinum, ſermone varium. Primis
ultrò, citróque ſalutationibus di-
ctis, ad dies paucos jura hoſpitij
prolixiùs dantur, quàm petantur:
atque jam uno, & altero mutua in-
ter officia extracto die, ipsâ adve-
næ liberali ſpecie proliciente, ter-
tio familiariùs, ut progredien
tempus vel inter ignotos aſſidu
congreſſu amicitias conciliat, ſib
colloqui cæpêre. Et Annius: ha
ctenus, optime Nicanor, hoc ho
piti nomen, egregiè ſcenam ſuſti
nuimus, tempus monet, ut pe
ſonam ponamus; nî fallor, & t
meis arrides ſtudiis, & ego me no
indignum genio tuo fero; inire t
cum arctius vinculum perplacet
modò non abnuas, & tale off
ras, quod ſit ætatem laturum: a
n

nis, opibus felix Annius, uno infe-
ix, quòd Patre careat; tu, si vicem
ejus obeas, orbum beâsti. Ad quæ
Nicanor, impetum, proclive juveni-
bus vitium, ratus, tanto, inquit, in
ne, lectissime Anni, quid amori red-
dam? tamen nec vitæ meæ, nec tuæ
ationes sustinent, ut tibi assentiar;
u patrio solo affixus per otium li-
as Palladi, ego propè fatorum du-
ctu, loca identidem muto, nullibi
on gentium peregrinus: fortassis
tiam è re tua est, ne contribulium
enevolentiam exasperes, vago,
gnoto homini animum non appen-
ere: nosti illud: qui cuivis quid-
is credit malè creditur illi. Adver-
t hic candor mirũ in modum sin-
erissimum pectus Añij, & tanto pro-
iviùs est, reponit, ut amici omnes
artes expleas; quantò apertiùs mo-
es advenarum consortium fugien-
um esse. Bono esto animo; robusta
rtus non meretur diu periclitari:

 quin

quin age: hesterna litia, quæ super cœnam diduxeras, in textum coge. Ad quæ leviter Nicanor detersâ fronte, sentio, inquit animo tuo penitus insedisse, ut quietus novum mundum, & ignota Majoribus orbis repagula perlustres: & si probè memini, heri antequam nobis Morphei lubentiam precati fuissemus, Asiaticos errores meos, & plùs, quàm Ulyssea pericula in hodiernam lucem tibi despondisti: at sumatim hæc libavi potiùs, quàm attigi: tum Annius fidentior; imò verò si inviolata hactenus jura hospitij, si tibi Penates nostri chari, & grati, ultimam illam Sinam, quam adeò fama ad nos porrexit, & tuis dimensa pedibus est, penitus explica. Placidè his dictis arridens Nicanor; tuum me, ait, profiteor Anni optime: duco à Sinis, ultimis Asiæ populis, initium; quorum ultimo loco heri memineram.

DIS-



DISSERTATIO I.


De Imperio Sinensi cum ejusdem recentiori & uberiori notitia.

CAPUT I.

Summaria Imperij Sinici Descriptio.

N*Icanor.* Sinense Imperium, ut totum quasi pugno complectaris, sic habe: postremam ad ortum, & meridiem Asiæ continentis ram occupat. In quindecim provincias, ve præfecturas majores totum dividitur. b oriente clausum mari Japoniam spectat, occidente Tunkinum, Laos, & Siamens habet: à septemtrione Tartariam attint; à meridie terminatum Oceano Phipinas respicit. Ejus latitudo, id est spaum ab Austro ad Boream, continebat im gradus admodùm octodecim, qui

leucas communes faciunt quadringentas, & quinquaginta: quinæ, & viginti uni vulgò gradui respondentes. Par fermè longitudo, seu spatium ab oriente, ad occidentem. Nunc ex fœdere Moscovitico longè in Tartariam productis limitibus mille nongentas circiter leucas ambitu colligere censetur. Apertum olim latus dabat Tartarorum incursibus, hos ut retardaret Imperator XI HOAMTUS ingentem struxit murum per leucas facilè quingentas, additis turribus, fossis, & aliis operibus, ubi metus ab hoste major. Latitudo muri pedum est quinûm; altitudine mœnia, quibus urbes vulgò cinguntur, non superat. Decies centena hominum millia vigili præsidio illum tutabantur; nunc accessu Tartariæ, modicæ cohortes sufficiunt. Ampliùs mille urbes bellicæ numerantur, tormentis muralibus, militibus, munimentis instructissimæ; reliquarum tres classes; aliæ primam, secundam aliæ, aliæ tertiam conficiunt; pleræque duas, tres, quatuórque leucas circuitu complexæ.



CA-

CAPUT II.

Sinici ſoli natura, populi vultus, veſtes, domus, earúmque ſupellex.

A*Nnius*. Hem quanta populi farago ad unum murum! prope inducor, ıt credam huc totas Sinas confluxiſſe.

Nicanor. Minimè gentium: hominum nultitudo propè infinita, ſoli fœcunditas, quam etiam Ægyptus invideat, præſertim quâ meridiei ſubjicitur, nam ſeptentrio aſperior eſt. Ubertatem inſigniter auget colentium induſtria. Patentes campos ad libellam complanant, ſic aquam per ncilia, canaléſque in omnes æquè partes facilè derivant: colles ipſos in varias cōntignationes planas, & æquales dividunt, ıt ne imber excidat inanis per pronum, & Sata proruat: illæ quaſi contabulationes gradatim ab una collis radice decreſcunt apicem versùs, & pulcherrimam ſpeciem intuentibus exhibent. Aurum è montibus torrentes limo, arenísque permiſtum devolvunt, collectum tamen, ac percolatum obryſo ſuppar: hic indigenarum labor inquies. Cæterà meros hortos intueri videberis, adeò culta omnia, & fertilibus referta plantis: nam ſterilibus, & ad

ad voluptatem natis nullus honos. Artem inferendi arbores parùm callent, hinc fructus, quos omnes nobiſcum communes habent, Saporis feré ſunt eluti, ac languidi. Mala tamen Punica, & uvæ Apianæ noſtris multùm præſtant. Aureis peculiaris forma, natura, varietas; laudantur imprimis, quorum rotunda moles, nec valde major nuce: pellis minimè ſcabra, color è flavo in rubrum vergens. Ejuſdem ferè magnitudinis eſt fructus Quantunie Provinciæ notiſſimus, Letchum appellant, nucleum oblongum ambit caro ſuaviſſimi Saporis; carnem veſtit cortex leviter, & blandè aſper; nihil huic in Europa ſimile, nec ſecundum: Senio rugas contrahit, ac paulùm aceſcit, ut pruna noſtratia: talis durat annum totum, & ſecundas menſas ornat. Pepones triplici ſorte, merum mel, merum Sacharum. Inter arbores ſinenſis ſoli proprias præcipuæ utilitati eſt illa, cujus è baccis candelas ſuas conficiunt: frondes miniatæ, cordis figuram præferunt, trunci modus mediocris ùt ceraſorum; intorti rami, vertex rotundus, ac denſus: fructum durior includit cortex, qui baccis maturis ultro ſe aperit: tres unoquoque in cortice, ſuis ſingulæ tunicis diſcretæ includuntur, candidæ omnes, & nucibus avellanis

pares,

pares, ineſt ſingulis nucleus, quem adeps
mollis ambit, colore, odore denſitate ſe-
bo ſimillimus: igne liquefit, & ellychnio
addito formatur in candelas, quæ noſtra-
tibus nulla in re concederent, ſi nativum
llud ſebum colare, ac perpurgare nôſſent
ndigenæ.

Annius. Hic te paucis, Nicanor op-
time: nuper in libellum curioſus incidi,
qui miram incolarum ſolertiam in alendis
oleribus luculenter exagerat.

Nicanor. Vera narrat: olerum Sinen-
ium varietas, præſtantia ſupra uſitatam
ortunam eſt; his veſci potiùs, quàm fru-
tibus exquiſitiſſimis malunt, neve aqua
rrigandis deſit, ſcatebras omnes, rivu-
os, fontésque colligunt, ac velut Mæan-
ros labore improbo huc illuc circumdu-
unt, ſin arida fontes negat, ſuppeditat
quas ingens canalis, qui provinciam quam-
bet perfluit, ac vicem viæ militaris obti-
et: directus ad lineam ut plurimùm, al-
eo lato, atque alto. Hinc inde agger
uplex rudi marmore conſtratus iter hel-
arijs, ac peditibus præbet: per canales
lurimi pontes ſtrati multitudinem com-
eantem ultro citróque transmittunt.
extrâ, leváque defluit canalis in ſexcen-
os canaliculos, qui per agros fertiles
gi, aut pagos, & oppida ſubeunt, aut

 lacus,

lacus, & piſcoſa ſtagna implent. Majorum tamen canalium princeps à provincia Quantunia Pekinum uſque (urbs hæc Imperatoris ſedes eſt, & Imperij caput) per leucas ampliùs quadringentas curſu ſemel tantùm interrupto producitur; ubi ſcilicet in provincia Kiamſia mons Moilinus occurrit: hoc canali Pekinum annona devehitur mille navigijs: aliarum naviculaﾭrum numerum vix ineas, totius orientis opes unis claudi ripis crederes. Non minor alibi cymbarum copia, quas veluti fluitantes domos placidè inſident, præſertim dùm longiùs iter conficiunt. In his inſtitores ſuas proponunt merces, ac provincia quælibet nundinas perennes, promptas, & paratas habet.

Annius. Ergo nulla illis flumina?

Nicanor. Ne id quidem: flumina magna, & ampla, ſed incerti alvei, & mole ſuâ, qua ſoli facies humilior, urbibus, atque arvis terribilia. Puteì verò, & fontes rari, nec hi ſalubres, & pleríque ſalſi; hanc etiam cauſam, cur calidam ſueverint ad potum adhibere, ipſimet dicunt. Hæc terræ indoles. Incolis placet procerum, amplum, obeſúmque corpus, lata, & exporrecta frons, oculi exigui, modicè hiantes, & ſemiaperti; naſus brevis, aures prolixæ, ac patentes, obſtri-

ctum

ɫum os, capillus niger, caput raſum, niî in occipitio, ex quo inſtar unius ob-
ongæ tæniæ fluunt inter ſcapulas contor-
i, & implexi, decuſſatim circi. Bar-
am fovent promiſſam, & opimam,
uantùm ſtudio conſequi poſſunt: nam
lerísque jejunum, ac ſterile mentum eſt,
ı quo Europæis invidi, naturæ parcimo-
iam dolenter incuſant. Corporis mo-
em vaſtam exiſtimant eſſe dignitatis par-
em longè maximam, virúmque ſtrenuum,
 elegantem putant, cujus ſella, & lecti-
ı ſit plena ipſo. Oris color in provin-
js Boreis ferè candidus, in Auſtrinis fuſ-
ıs. Utuntur pileo brevi, ne aurium
ngitudo non pateat; rotundo, & in acu-
en deſinente, ſine ora, quæ ſolem de-
ndat, ac fronti obtendatur; ab ipſius
umine defluunt in orbem fila ſerica, aut
tæ punicæ, coloris eximij, quæ pro
rio capitis motu, venuſtè nutant: hi-
ernis pileis aſſuunt circum oram villoſas,
etiosásque pelles. Digitorum ungues,
æſertim minimi, excreſcere patiuntur in
aximam longitudinem, hoc veluti nobi-
atis inſigne eſt. Veſtis interior oblon-
., & talaris, cui altera brevior injici-
r, utráque lato, & longo conſtringitur
ıgulo, ex quo ſæpè dependet ſuda-
ım, theca, aut marſupium. Manica eò

ſtrictior, quò longiùs recedit ab humeris, producitur ad mediam uſque manum, eámque operit. Hæc indumenti forma viris authoritatem addit; quo comitur ſexus ſequior modeſtiam præſefert; peregrina capitis ornamenta ignorat, à ſuis capillis totam petit vultui gratiam, his in cincinnos compoſitis intexit aureos aliquando, argenteósque floſculos: candidum è bombycino panno tegmen colli fauces penitus obtegit: manus prolixis involutæ ſemper manicis nunquam extant: oculis humi dejectis, capite leviter inclinato modeſtè graditur. Sed illud ridiculum apud exteros, quòd in exiguis, & contractis pedibus ſummam pulchritudinis reponant: atque ubi primùm in lucem ſunt editæ proles femellæ, ſedulo curant nutrices, ut ipſis pedes conſtringant arctiſſimè, ne quo creſcere modo poſſint. Neque hujus tormenti tamdiu, dùm vivunt, ſit finis: excogitatúmque illud ajunt à Sinenſibus viris, ùt ſuis uxoribus ambulandi, ac domo prodeundi facultatem, ſublatâ pedum parte adimerent. In veſtitu ſcitè pingendo, qui ut plurimùm ex bombycino panno, induſtria illorum mirè laudabilis: flores, aviculæ, hominum draconúmque effigies pro libito implexæ, & artifice acu intertextæ. Et

draco-

draconum quidem in hujusmodi pannis,
mò & tabulis pictis duplex genus est;
unum quinis unguibus, soli Imperatori
proprium; alterum quaternis instructum,
populo commune. Ab his ut blattas, ve-
tium pestem, ac maximè vellerum, ar-
eant; vestimenta, & vellera comprimunt
n ollis fictilibus diligenter obturatis, ac
multo refertis pipere; addunt herbas
quascunque nancisci possunt, amarissimas:
olor albus apud illos funebris est, neque
as Principibus, aut populo alium indue-
e in publico luctu.

Annius. Abundè satis de cultu cor-
oris; nunc avet nôsse animus, quæ cu-
a ædium, quanta magnificentia, quæve
omi supellex?

Nicanor. Veterem hic tibi spartam
naginâre: sumptus non magnos faciunt
n domorum structuram: ac Principum
uidem prætoria populus instruit neces-
riâ, & modicâ supellectile: neque hanc
Mandarini curant augere, quippe, qui
des illas teneant, velut commodatas à
rincipe, quásque ignotis Successoribus,
uandocúnque visum illi fuerit, coguntur
adere: sic honores, ac Magistratus suos
equaquam proprios, ac perpetuos, sed
casu positos habent, quos sæpè ùt ve-
em mane sumunt, vespere, si jusserit

 Impe-

Imperator exuunt. Altera caufa, cur fint in ornandis domibus parciores, petitur à confuetudine, quæ neminem patitur in interiorem admitti domum, nec eos quidem, qui falutatum veniunt: atrium pro hoc officij genere ingens patet, columnis fultum pictis, cæterà inornatum, ibi excipiuntur. Aulæis carent, fpeculis, fedilibus affabrè compactis, & fculptis. Lectos ad pompam, & apparatum infternunt. Peccaret graviter contra leges urbanitatis, qui hofpitem in illud, ubi cubat, conclave deduceret. Si quis ornatus adhibetur à lautioribus, confiftit ille in menfis, in armarijs, in confectis è Serico panno denfiore, ac fplendidiore plagulis, quas affigunt parietibus. In ijs leguntur exaratæ majoribus litteris fententiæ morales, imagines majorum depictæ, chartæ geographicæ, amœna camporum fpatia penicillo expreffa, hæc illorum ferè periftromata funt. Vafa pleráque fiunt ex argilla quadam, five arena, quam vulgò porcellanam vocant. Hujus triplex color: Flavus, Leucophæus, & candidus. Flavus, licèt cæteris deterior, folius tamen Imperatoris eft, cui addictus eft color ifte, atque nemini conceffus: Leucophæa porcellana fparfis temerè lineolis verficoloribus interfecatur, operis vermiculati ritu, quod

uod insignem vasi venustatem affert.
lbam pingunt floribus maximè cœruleis,
ut rubris : eidem illinunt figuras avium,
 hominum, quæ si rudiores videntur,
l non tam vitium est artis, aut artificis,
uàm consilium. Placent illis hæc pictu-
æ, ut ita dicam deliramenta, & infor-
es formæ; quibus nec sua tamen for-
a, dignitásque abest. Cæterum in du-
endis è qualibet materia, tornandísque
fabrè vasis vel maximis, excellunt. Au-
ent feliciter, & suis numeris opus om-
e sic absolvunt, ut Europæis nihil, aut
rum concedant.

Annius. Omnia affatim, sed illud etiam,
que etiam recoqui cupio, quî porcel-
nam illam conficiunt, atque in massam
gunt, quam ex arena confingi innue-
s?

Nicanor. Hæc cretæ quoddam genus
t, è lapicidinis erutum, quæ diu, mul-
mque trita, in tenuissimum redigitur
lverem; dein aquâ certâ in finem hunc
æsitâ imbuitur, sic in massam concres-
t, cujus pinsendæ, & subigendæ nul-
m finem faciunt. : mox rotæ singularis
e illam in vasa formant: soli modico
positam figuris ornant molli tectorio
 eadem creta in pultem soluta obdu-
nt, lento demum igne èxcoquunt; ne-
que

que ante camino efferunt, quàm ignis per ſe ſopitus conſederit: ne a fornacis calore ad aërem frigidiorem repentè traducta rumpatur.

CAPUT III.

Sinarum ſplendor publicus, dies feſti, Imperatoris magnificentia.

ANNIUS. Tantus igitur apud nos ejuſmodi argillæ honor! ſcilicet quia peregrina: bene quisquis ille: vicinúmque pecus grandius uber habet: ſed tu progredere, nihil morabor.

Nicanor. Domeſticam hactenus parcimoniam, lectiſſime juvenum ſpectare, ut reor, poteras; ſplendor & apparatus publicus plùs, quàm velis magnificè vincet expectationem tuam. Quæ leges privatum ſumptum ſeverè vetant, aut anguſtis limitibus definiunt, publicum non jubent modò, ſed etiam juvant. Cùm domo prodeunt viri primarij, præſertim ad Imperatorem, aut Proregem ſalutandum; cùm peregrinantur, illorum comitatus, & pompa regias opes ſapit. Mandarini bombyce, & auro veſtiti, geſtantur ab octo, ſex, decémve famulis in aperta, & micante ſella: præeunt ipſorum adminiſtri longo

ngo ordine, cum catenis, fascibus, aliis-
ue magistratûs insignibus; lictores cla-
ore, minis, manu turbam submovent;
rcumstant servi frequentes cum umbel-
: sequuntur alii cum tabulis pictis, ubi
reis caracteribus exarati leguntur hono-
, & muneris, quod Mandarinus gerit,
uli: percutitur identidem certis in nu-
erum ictibus pelvis ærea, ut cujusque
provincia locus, ac dignitas est: ag-
en sæpè claudunt quatuor, aut quinque
uites. Sed nusquam elucet splendidiùs
andarinorum amplitudo, quàm in flumi-
ous, dùm iis devehuntur. Multitudo
nbarum, armamentorum elegantia,
tarum, administratorum, & famulo-
n numerus, conopea, scuta gentilitia,
gnia dignitatis, ac vexilla perstringunt
ulos, & miram quandam speciem, ac
jestatem ostendant. Quamquam & hæc
garia, atque usu quotidiano exesa di-
præ illis, quæ quotannis bis reco-
t, diebus festis: sacrum illis cumpri-
anni principium, ad eum ferè mo-
n, quo priscis Romanis saturnalia:
c salutandis amicis, muneribus ultro,
6que missitandis, agitandis convivijs,
iter datur opera: alterum ab hoc lo-
obtinet Laternarum festum, Idibus
ni mensis celebrari solitum, ùt tempo-
re

re posterius, sic pompâ multùm priori anteſtat.

Annius. Næ Sinæ multò religioſiores Græcis, qui (jocari ſic libeat) Diogenia addunt Dionyſiis.

Nicanor. In alterum erras, Anni! nec Sinæ tam projectè in luxum effuſi, ut pœnitere illos neceſſe ſit, nec laternæ myſterio vacant: duas percontanti reddiderunt cauſas hujus ſolennitatis Doctores Gentis: alij cuidam inſigni Mandarino, qui merſam aquis filiam diu quæſivit accenſis facibus attribuunt, ajúntque luctum miſeri parentis à populo, cui ob ſapientiam, & æquitatem charus erat, annis ſequentibus celebratum, & in eundem locum noctu laternis itum eſſe: unde mos in reliquum Imperium fluxerit. Ajebant ali unum è priſcis Imperatoribus, cùm diff luens otio, & voluptatibus curam Impe rij penitus abjeciſſet, à populo fuiſſe pul ſum ſolio, & ejus ædes everſas, ſervati duntaxat earum laternis; quæ ad poſteri tatis memoriam in omnibus urbis regia compitis ſuſpenſæ ſunt. Sed quidqui ſit, eæ in compitis, ædium atriis, & fe neſtris paſſim acceduntur. Nonnullæ duo bus millibus numûm aureorum æſtiman tur, ac plurimi procerum genium ſuum anno toto defraudant, ut ſumptus in la ternam

rnam suam facere possint. Non tam ac-
nsis intus facibus, quàm auro pictis
nblematis, & sculptis extra ornamentis
cent. Ornatui moles par. Vidi etiam
uarum ambitus sexaginta pedes collige-
at. Aulas, & cubicula diceres, & uni-
in laterna vesci, cubare, choreas age-
, & tragædias exhibere posses. Et ve-
latent in istis machinis sæpè histriones,
præstigiatores, qui personatis sibilis
umanam vocem, ac motum adeò scitè,
ecentérque effingunt, ut moveant admi-
tionem ipsis sapientibus, & hiantem
lebeculam dulcissimo spectaculo teneant.
æc me Pekini primaria Sinarum civitate
ectâsse usuvenit.

Annius. Toties igitur Pekinum illud
aures? aliqua etiam de Imperatore dis-
rere ne grave duxeris.

Nicanor. Luxum, magnificentiam Im-
eratoris, ex privatorum divitiis metire:
unquam is, nisi ingenti cinctus exercitu
nspicitur: latera ambiunt Imperij Prin-
pes, & aulica Nobilitas auro, gemmís-
ue fulgens: arma, equi, umbellæ, signa
ellica, tubæ, metuendam omnia Maje-
atem spirant. Nec minori apparatu pro-
reditur ad idolorum fana religionis ergô
senda: tunc agmen ducunt quatuor, &
ginti tubicines, ac totidem tympano-
tribæ,

tribæ, ſubeunt pari numero apparitores & feciales cum bacillis auro, minióque coruſcantibus : mox doryphori centum totidémque clavatores, tum majores quadraginta faces, vexilla quatuor, & ſeptuaginta, milites in ſuas diſtributi turbas, Principes regiæ ſtirpis, Proreges, flos nobilitatis, multa Mandarinorum millia. In excipiendis exterorum Legatis, Majeſtas nihilo inferior : totæ ſtant in armis legiones, multitudo Mandarinorum incredibilis, ordine, ut cujúsqne fert locus, & dignitas, collocata, ſuísque ornata inſignibus, ſine tumultu, ſine perturbatione. Tunc ſummorum Præſides tribunalium, Reguli, Tetrarchæ, & Principes ad ſolium Imperatoris adſtant adorantium ritu, tam demiſſi coram illo, & humiles, quàm ſupra populum eriguntur ipſi, & aſſurgunt. Hoc publico ſplendore, & magnificentiâ cæteras gentes meritò Sinæ vincunt; licèt eorum domeſticas, ut ita dicam, opes in ædibus, in veſtimentis, in cultu quodam, & elegantia vitæ, Europa noſtra longè ſuperet. Quod ipſi tamen Sinæ non facilè concedent: qui ſuo judicio tantùm cæteris gentibus ingenio, & arte omni præſtant, quantùm cæcis videntes, barbaris politi, & exculti.

CA-

CAPUT IV.

inarum ingenia, litteræ, libri, Artes.

A*Nnius*. Id quidem dudum audivi, ſed
velut per ſomnium; vix in Europa
ſtra majorem ingenij uſum, & exerci-
ionem eſſe: quid igitur illis pro inge-
rum cote?

Nicanor. Geometricam conſectantur;
ſicam à ſe inventam gloriantur. Et ex
is quidem præceptis in motibus aſtro-
1, & laboribus obſervandis aſſidui,
tamen mendi expertes eorum tabu-
aſtronomicæ ſunt; quamvis veniâ dig-
cùm & in Europæis corrigendis à
na veteri ſub Julio Cæſare, & à re-
ti ſub Gregorio XIII. tantopere labo-
m ſit. Phonaſcis nihil magis abſo-
1, & hæc illis elegantia opulenta eſt.

Annius. Quid igitur eorum ingeniis,
nduſtriæ tam devotum eſt?

Nicanor. Pars magna cognitioni aſtro-
inſudat, eáque qualicunque adepta
tur ad quæſtum. Volitat ubique cir-
torum natio numeroſa; quorum alii
, alii felicem negotiorum exitum,
Philoſophicum lapidem ſpondent: eá-
que

que omnia legere se in astris rata fixáqu
profitentur. Spargunt per populum æquè
ac Proceres pretiosa mendacia, tam ali
inutilia, quàm sibi quæstuosa. Ass
gnant fastos, & nefastos dies ædificand
domibus, jungendis nuptijs, itineribú
que suscipiendis. Sunt etiam, qui ausi
largitoribus immortalitatem promittere
illud lepidum, non tamen absque singu
lari artis prodigio. Mons est Fokiens
Provinciæ editissimus, ac totus in statu
immanis similitudinem labore incredib
scissus, formatúsque. Hanc veteris ido
Fo statuam esse volunt, cui mons ille
cer, ac dedicatus est. Oculorum orb
multa passuum millia complectuntur, n
sus in leucas plures porrigitur: manuun
ac pedum longitudo par. Imbuit ridic
la populum, opinio, delitescere in qu
busdam rupibus peculiare hominum g
nus, quos immortales vocant; quia,
quiunt, immortalitatis beneficium sunt
superis consecuti, nec pauci tanti mun
ris obtinendi spe abdunt se in istas r
pes; ac ne pereant, pereunt. Sed j
ad scientias, unde digressi sumus. P
longè maxima doctrinæ Sinicæ versatur
cognoscenda lingua, librísque vernacu
Nilve commune sermo Sinicus habet, c
aliis orbe reliquo usitatis: sive spectem

:rba singula, sive structura verborum, seu
:nique pronunciandi modus. Omnia vo-
bula paucis horis memoriæ mandare,
iilibet non omnino tardus potest; lo-
ii commodè, & scribere, nisî post an-
ıs complures, & laborem improbum
ın potest.

Annius. Quantam igitur notitiam hu-
; idiomatis, eo spatio, quo in Sinis
ebas tibi comparare licuit?

Nicanor. Duos de viginti menses in
:ijs Imperij tetrarchijs commorans, ne
:diocriter me tinctum esse lubens pro-
:or. Nonnulla tamen de hoc: Conti-
:ur lingua Sinica trecentis, & triginta
ɔus vocabulis, iisque aut syllabâ
ı non longioribus, aut ùt monosylla-
pronunciari solitis. Artem invenêre
ltiplicandæ vocum significationis, non
ltiplicatis vocibus, ut pauca verba om-
us scientiis, artibus, sermoni erudito,
familiari possent sufficere. Id accentûs
ersi beneficio consequuntur: eadem
aba si demissâ voce efferatur, si alta,
ıltiore: si aliter, atque aliter inflexa,
idem diversos sensus induit. Itaque
no Sinicus parum à musica discrepat,
:óque vis illius, & ratio propria con-
t. Quinque vulgò tonis vox quæli-
afficitur: mediocri, acuto, acutissi-
mo,

gravi, & graviſſimo; ſic è trecentis tri-
ginta tribus vocabulis, exiſtunt mille ſex-
centa ſexaginta quinque, hic numerus al-
tero tantò major evadit, cùm voces ſin-
gulæ ſpiritu aſpero efferuntur. Prætere
ſimul junguntur hæc monoſyllaba, qu
ferè modo è litterulis vocabula compo
nimus. Hinc innumerabilis efficitur mul
titudo vocum. Neque id ſatis: una phra
ſis alteri præpoſita, vel poſtpoſita diver
ſam ſæpè ſententiam parit: adeò ut qua
lingua eminus intuentibus apparet egentiſ
ſima, omnium opulentiſſima ſit. Sed illa
opes non minori labore ab exteris paran
tur, quàm aurum, argentúmque è terra
viſceribus eruitur à metallicis: imò ne
ipſis quidem indigenis gratis conſtant
Tota vita multis abit in hoc ſtudio. Au
get Sinici Sermonis difficultatem, quò
aliæ voces conſcribendis libris ſerviant
aliæ uſui quotidianò: qui elegantiſſim
loquitur, in ſermone familiari, qui aul
câ etiam pollet facundiâ, is barbarus ſit
ita ſi ſcribat. Denique ſonis, elementis
que non paucis litterarum carent, ac præ
ſertim ſeptem, quæ reſpondent noſtrat
bus litteris a, b, d, o, r, x, z. Plus ad
huc in ſcribendo, & legendo laboris eſ
quàm in loquendo, ut enim diverſos illo
tonos uni voci attributos exprimeren
vari

arias excogitârunt figuras tanquam ſym-
ola hieroglyphica. Hinc infinita chara-
erum multitudine abundant, ſeu potiùs
nerantur, in quibus perdiſcendis dum
tatem tranſigunt, præſtantiorum diſcipli-
arum ſtudium coguntur omittere. Haud
arum ſe profeciſſe vir doctus arbitratur,
legere ſciat; ſi quindecim, aut viginti
illia litterularum internoſcat. Litterato-
im vulgus multò minori eruditione con-
ntum eſt, vixque doctorem unum repe-
re eſt, qui dimidiam Sinenſium chara-
erum partem calleat: eorum enim am-
iùs octuaginta millia recenſentur; hinc
, ut cæteris doctrinæ partibus perdiſ-
ndis vita non ſufficiat. Nec eadem
is nobiſcum papyrus, aut ſcribendi mo-
is: ad exarandas enim in charta litteras,
untur penicillo, quem non in ma nu te-
nt acclinatum, ut pictores, ſed omni-
rectum. Librum inchoant à calce.
erſus ducunt ſingulos à ſumma pagina
imam, & à dextra manu ad ſiniſtram
ibendo pergunt: chartam conficiunt,
ſecundo, ac molliori cortice arbuſcu-
bombucæ, quæ ſambuco paulò major,
fortior eſt: corticem hunc aquâ miſtum
râ terunt, comminuúntque: addunt alu-
en glutinis locò: inde fit, ut charta
endeſcat, tanquam ceruſſata, nec bibu-

la fit. Confectam è filo ferico primitu putabam, fed artifices affirmabant fila fe rica comminui fatis non poffe, ac in unar quafi pultem concrefcere. Hoc uno vi tiofa eft Sinenfis papyrus, quòd facil vermiculatur, quippe nata ex arbore: ar borum autem, ut ipfe in Plinio legeris communis morbus vermiculatio. Itaqu paucis annis ingentes bibliothecas tinea depafcunt, nec vetufta volumina dicun tur, nisî quia è vetuftis exemplaribus fi deliter exfcripta: nam libros identiden ea de caufa renovant, eosdem fæpè ex cutiunt, exponúntque foli; fic tinea parumper aut arcent, aut elidúnt. Atra mentum conficiunt è fuligine, quam fu mus lucernæ remittit. Optima fuligo illa quæ concrevit ex adipe porcino, ad lu cernam deufto: adduntur fucci quidam be ne olentes, ut odor adipis gravior exolef cat: nonnihil etiam olei, ut fuliginis parte facilius coagmententur, & coëant. Ea fi oleo remifta denfatur, ac ficcata ducitur in tenues baculos, inftar ceræ fignatoriæ: qu deinde intincti aquâ, & polito marmori le niter affricti, liquorem efficiunt nitentem & apprimè nigrum: plùs, minúsve tamen pro lymphæ, qua diluitur atramentum, copia

Annius. Credo ego fcribas, quàm eru ditos homines illic plures effe, quorum finguli plures alant.

Nica

Nicanor. Id quidem neceſſe non eſt. Preli & illis uſus, imò, quod mirêre, expeditior, ac apud nos. Author librum, quem in lucem edere cogitat, deſcribendum curat à perito ſcribendi magiſtro: dein ſingulas operis plagulas defert ad ſculptorem, qui eas ligneæ tabulæ agglutinat; mox ductus omnes litterarum accuratè perſequens, eaſdem incidit in eodem ligno; ſic inciſa illa tabella ſubjicitur prelo, ex eáque exprimuntur tot folia, quot ſcriptori lubitum. Triplex hujus Typographiæ dos eſt: prima, quòd neceſſe non ſit omnia ingentis libri exempla ſimul excudere, quæ ſæpè in librariorum noſtrorum officinis jacent tinearum epulæ: altera, quòd excuſis tribus, quatuórque millibus libri unius exemplis reſtent adhuc tabellæ ligneæ, quaſi recentes; aut certè levi negotio reficitur, quod prelum detrivit: tertia, quòd emendata ſemper volumina prodeunt, neque in correctores typographicos faciendus eſt ſumptus, haud rarò apud nos inutilis. Jucundum fortaſſis erit nôſſe libros, qui apud Sinas primatum tenent: ij quinque cæterorum veluti fontes, ſunt: primus XU-KIM dictus, ejuſdem illis authoritatis, cujus apud Judæos Moyſes, & Prophetæ: hic effata politica, & res geſtas veterum

Imperatorum continet. His quinque ſuppares, & æquè claſſici habentur, alij quatuor à Confutio elaborati, in quibus artem regnandi, & benè vivendi exponit. Magnam quoque authoritatem obtinet hiſtoria univerſi Imperij, nec minorem fidem, quàm hiſtoria quælibet antiquiſſima, & certiſſima. Præter iſtos libros aliorum de moribus, de artibus tum liberalibus, tum illiberalibus copia innumerabilis eſt.

Annius. Tantúmne igitur in illa etiam barbarie vigent artes, & litteræ, ut cultiſſimo cuivis Europæ regno pene invidiam cieant?

Nicanor. Et tu *Anni.* Eorum è numero es, qui regionem, quam perſpectam non habent, vel à fama duntaxat nôrunt, Therſitum veluti patriam, diisque omnibus, ac præcipuè Minervæ inviſam autumant. Quaſi à ſolo metiendus animus, & illico barbarum, quod peregrinum. Quamquam & Sinæ feliciùs artes, quàm ſcientias ſemper exercuerint. Opifices profectò non longè ab ſummo abſunt: pleríſque jam in locis horologia manualia, globos ferreos excavatos, & bellico refertos pulvere, ſclopetos, aliáque id genus à nobis hauſta, aptiſſimè conficiunt. Nos ab iis viciſſim, ut credibile eſt, accepimus nauticam pyxidem, artem nitrati

pulveris conficiendi, typographicam,
: alias quaſdam, apud ipſos, & natas
ıdum, & excultas. Ars nautica haud
ınùs opes Sinarum, quàm induſtriam
eclarat. Certis proditum litteris eſt, il-
ɔs multis ante virginis partum ſæculis In-
ica perluſtrâſſe maria, & caput bonæ
ei detexiſſe. Navigia ſic ædificant, ut
ajorem habeant ſolidæ ſtructuræ, quàm
egantis rationem. Ad tabularum rimas
bſtruendas peculiare quoddam gummi
lhibent, cui gemina dos: prima, ut ig-
em non concipiat; altera, ut aquam pror-
s excludat. Nec ſuâ caret gratiâ duplex
ɔud ipſos piſcandi ratio: lintris per tran-
uillam noctem in lacum, aut mare pro-
ılſi lateri affigunt tabulam à prora pro-
ıctam ad puppim, & leviter versùs
ıuam declivem, ita ut illam prope ra-
it: eadem colore candido ſplendidiſſimo
ıbuitur, lunæque obvertitur, cujus ra-
j repercuſſi ſplendorem tabulæ augent,
ludentes ſummo in fluctu piſces deci-
unt. Dum enim colorem tabulæ ab
ıuæ ſuperficie ſplendenti non diſtinguunt,
oſiliunt in tabulam, ac ſæpè in ipſam
ıtrem; quam otioſus, ſilénsque piſca-
ɔr onuſtam prædâ refert. Altera plùs
iam voluptatis habet. Corvos aquati-
ɔs ad piſcatum ſic erudiunt, ut canes,

accipitres ad venationem; eos in lintr
piſcator continet quietos, donec dat
ſigno evolent in deſtinatum ſibi amnem
aut lacum: hunc inter ſe partiti, incum-
bunt in opus; merguntur in aquam, &
rimantur piſces: deprehenſos roſtro cor-
ripiunt medios, & ad piſcatorem rectà
deferunt. Si præda gravior, duo, trés-
ve mutuam ſibi operam præſtant; alij ca-
pite, alij caudâ palpitantem, & fruſtra
reluctantem hoſtem invadunt, ac deportant
ad cymbam: defatigatis licèt paululum quie-
ſcere: eſca tamen illis nulla porrigitur, niſi
piſcatu peracto, ne ſaturi laborem faſtidiant;
eapropter guttur ipſis, ne piſciculos vorent,
funiculo conſtringitur. Hîc Annius jocis
miſcens ſeria; profectò, inquit ex lepidis
tuis corvis nihil lepidum de Sinarum inſti-
tutis, & cultura cætera licet autumari: ſua
laus cumulatiſſima ſit Europæ noſtræ Pro-
vinncijs, & regnis, nuſpiam ſimile quidpiam
huic repereris; ita te omnes Charites, Nica-
nor, etiam Apolline digna relaxatio. Ad
quæ Nicanor: extima, ait, tantùm lu-
ſtravimus, & velut è porticu ſpeculat
atrium, in ipſas nos urbes, & illam Reg-
norum animam, Politicen, ſi vacat, pe-
netremus. Spondeo & hîc animo tuo
pabulum reperies.

Annius. Vin', ut totus ab ore tuo
ne

:c ſic vitis ab ulmo : tu proſequere licibus auſpiciis, quod dudum optaven.

CAPUT V.

inarum Politicæ prima pars in Imperatoris, & Magiſtratuum authoritate conſiſtit.

N*Icanor.* Imperatoris, Magiſtratuúmque authoritas, plebis concordia, peculiares leges, morum regulæ, ſumа velut capita Imperij univerſi ſunt. Atue Imperatoris edicta ſacroſancta, & oraıla; & quidquid ad illum ſpectat, æque crum. Quid quòd non tantùm illi, ſed ıcuo illius ſolio toto corpore proſterıntur familiæ Principes. Si graviùs laorat, valetudo floris Nobilitatis afflicta t: quia, inquiunt, ægro Principe nes privatum quemquam commodis ſtuere ſuis. Mandarini certis induti veſtius in ampliſſimo atrio ſub dio incoluitatem Imperatoris deprecantur. Muera publica diſpenſat arbitratu ſuo, eóue liberiùs, quód nullum vendit: & uemadmodum pro placito honores manat; ſic qui parum graviter, aut modeatè ſuam perſonam geſſiſſe cenſetur, abogat. Nec peccantibus regiæ familiæ

Principibus indulgentior. Exemplum illuſtre eſt: plus æquo eorum unus, ſpectaculorum avidus, totos dies abſumebat ſpectandis gallis gallinaceis inter ſe dimicantibus. Eſt hæc ludicræ pugnæ ſpecies oriente toto frequens, & perjucunda. Armantur illi novaculis, eásque ſingulari dexteritate tractant: inſtitutos à laniſta gladiatores credas, ſic armati perdiu, & ad necem usque depugnant. Monitum igitur ſemel, iterúmque, ſed fruſtra, comitatu denique, fortunis, & alijs honoris inſignibus exuit: non ille ludum ſervire Principi, ſed Principem ludo diſtentum plus, ac dignitas ſua pateretur, vetuit. Qui ſic de Principum capite ſtatuit, intellige, quid in privatos poſſit conſulere. Penes illum unum vitæ, necísque jus eſt. Nec Prorex quisquam, aut ſenatus capite reum damnare abſque Principis mandato poteſt. Inſtruitur cauſa in Provincijs; inſtructa, & concertata defertur ad Imperatorem, cujus eſt album calculum, vel nigrum jacere. Vulgò tamen ſententiam à Provinciæ Magiſtratu latam ſequitur, & ratam habet; de pœnæ acerbitate ſemper non nihil detrahit.

Succeſſorem ſibi in vivis dicit; nec nefas, è plebe aſſumere, ídque uſurpatum legitur. Id ſe facere profeſſi non

ſolùm

olùm Imperij, verùm etiam liberorum
iorum causâ; qui ſi perperam adminiſtrâ-
nt publicam rem, Cives offendunt;
rivatam cum dignitate tuiti fuiſſent. Nam
pienter inquiebant, ſi ſummus fortunæ
radus, idémque ſummæ virtutis eſſet,
xcludendos eo liberos noſtros minimè
utaremus: ſed cùm ad hoc tantùm ille
epè valeat, ùt conſpectiora fiant impe-
ntium vitia, charitas nos admonet, ut
oc dedecus à liberis noſtris prohibea-
ius. Nec hic tantùm Imperatoriæ pote-
atis terminus eſt, in voces ipſas, & lit-
eras dictaturam obtinet, utrúmque, aut
terutrum antiquare, fabricare novum,
que alia in lucem edi jubere in familiari
ongreſſu, in conſcribendis libris, ab om-
bus neceſſariò adhibenda, poteſt. Adde,
uod Manes ipſi Majeſtati Regiæ ſubjecti
nt: mortuos auget honoribus, aut ig-
ominiâ afficit; novis nominibus, digni-
tísque inſignibus exornat.

Annius. Si igitur ſe res ita habent,
erendum, ne tanta poteſtas in abuſum
anſeat, & fas, nefáſque pari paſſu in
perio procedant.

Nicanor. Non tam improvidos Sina-
ım puta ſapientes: quem timent omnes,
sî famam velint projectam, imò vitam
ericlitantem. Primam boni Principis do-

 tem

tem statuunt æquitatem, clementiam, & benignitatem in subditos. Imperare debet, inquiunt, ut Parens filiis, non ut servis Dominus. Hanc unam laudem Mandarini in eo prædicant, omissis aliis, aut leviter delibatis, cùm Imperantem salutant. Hæc doctorum, ac Philosophorum in suis libris cantus est: quin hæc vitiorum frœnum, ne per vim, aut impotentiam abreptus, cupiditatum æstu peccet; néve recti, veríque ignoratione labatur, datur hæc Mandarinis facultas, ut admoneant, si quid in administrando Imperio videatur peccare, atque sic instituitur: Mandarinus libello supplici composito, multa de Majestate Principis, suóque privatim erga illum obsequio præfatus, obtestatur, ut meminisse legum velit, ac præclara Majorum exempla intueri, dein indicat, in quo ab iis discedat. Hæc cheda deponitur in Scrinio, cum aliis plerísque supplicibus libellis, qui quotidie offeruntur Imperatori; si per neglectum omittit legere, iterum, ac sæpiùs oggeritur, donec animum, & oculos ad legendum adjiciat. Id verò longè præstantius, & tantâ authoritate, dignum inventum ad summum Imperij caput in officio continendum, futuri, etiam ab obitu metus dedecoris. Certis doctoribus spe-

pe&tatæ virtutis, ac fidei datur id nego-
ij, ut fingula Imperatoris dicta, factáque
liligenter obfervent: hæc perfcripta, ne-
nine confcio, quotidie in ciftam con-
iciunt: omnia candidè, notatis perfona-
um, loci, temporis, adjunctis narrantur:
ali die, exempli causâ, exarfit iracundiâ
mperator, & parum decorè cum Manda-
ino altercatus eft; Præter jus, fásque
lio die centurionem exauthoravit, in re
ravioris momenti majorem gratiæ, ac
equitatis habuit rationem; contra verò:
ellum hoftibus juftè indixit, pro tutan-
lis finibus Imperij; pacem honeftiffimam
confecit: fuam erga populum charitatem
nfigni argumento declaravit: modeftiam,
dulatione fpretâ, retinuit. Hunc in mo-
em cætera, quæ quotidiè occurrunt,
profequuntur: ac ne veritatem corrum-
pat fpes, aut metus, hæc cifta nunquam
periτur vivente Imperatore, aut ejus fa-
niliâ rerum potiente. Cùm alia è ftirpe
d fummam Imperij adfcifcitur, tunc om-
nes illæ fchedæ colliguntur, ac inter fe
comparatæ ad veritatem certius explican-
dam conficiendæ hiftoriæ materiem præ-
bent. Hoc metu coërcetur Imperantium
authoritas: quippè, qui probè intelli-
gunt tales fe apud pofteros futuros, qua-
les fe præbuerint; non quales metus,

aut adulatio alienis, falsisque coloribus depinxerit. Nec minorem, utilitas, quæ sæpè plus famâ valet, Principi necessitatem legum observandarum imponit. Harum populus ita tenax est, ut illos Imperator convellere, aut labefactare sine certo capitis, aut solij periculo nequeat. Quamdiu rationi, legibúsque paret, nemo fas sibi putat esse, illi non obsequi; ubi à ratione, & æquitate discedit, fidem omnes imi pariter, ac summi abrumpunt; nec se jam regunt ipsi, quia non reguntur.

Annius. Tantam quidem unius, in quem tota moles regendi incumbat præcellentiam non improbo; at profectò Imperatoris munus excelsæ quamlibet mentes assumant, hominem non ponunt: nec Atlas, nisi uni par orbi ferendo; altero pressus, submittet humeros, aut si utrúmque susceperit, aut utrúmque elabi, aut alterutrum titubare invitus patietur.

Nicanor. Video, quo tendas, verùm pone curas: administrorum velut adjutricum manuum apud Sinas numerus propè sine numero. Sanctius, & extraordinarium Imperatoris consilium Principes è regia stirpe lecti constant. Ordinarium Colai: Supremos Regnorum Gubernatores ita vocant Juri & publicis negotijs,

:ijs, ærario, copijs, artibus, & religio-
ıibus præſunt ſex curiæ ſupremæ in ur-
ɔe regia: earum quælibet inferiores plu-
ʼimos complectitur; ſui ſingulis Præſides,
ive Mandarini ſunt attributi; editur Pe-
kini quotannis illorum catalogus. Illo,
quo apud ipſos agebam anno, numera-
pantur novies mille, quingenti triginta
pcto extra Urbem regiam; in ea bis mil-
e, ducenti, quatuordecim. Quia porro
mperatoris intereſt, ne tot Mandarino-
ʼum ampliſſimi Cætus, ac tantæ authori-
:atis moliri quidpiam in Principem, aut
mperium poſſint, eorum munus, ac Ma-
giſtratus triennio, ac breviori, ſi viſum eſt,
:empore circumſcribitur. Apponitur cuí-
que tribunali inſpector, ac Cenſor, qui
Cœtibus omnibus intereſt, deliberationum
omnium particeps, ac conſcius. Impera-
:orem clam admonet: Mandarinos accuſat
palàm, ipſorum mores, ſermonésque cen-
ſoriâ ſeveritate notat, excutit, inveſtigat:
nihil aciem hominis fugit. Nefas illis
Cenſoribus ad altiorem gradum aſpirare;
n eodem vulgò manent, ac conſeneſcunt,
ne fortunæ ſpe melioris, aut deterioris
metu conniveant in Mandarinorum deli-
ctis. Præter Proreges, qui ſingulas gu-
bernant Provincias, tribus, quatuor, aut
pluribus Provincijs Proreges præſunt alij,
 quaſi

quaſi Proregum ſingulorum cenſores: quibuſcum tamen ita ſapienter, ac dilucidè habent ſua jura diſpertita, ac deſcripta, ùt nunquam oriatur in utríſque de jurisdictione contentio. Prorex cognoſcit de moribus, & adminiſtratione Magiſtratuum, qui publicam rem in Urbibus gerunt; déque illis, ſi quid peccant, Pekinenſem aulam admonet, à qua vel ſpoliantur Magiſtratu, vel evocati cauſam dicere jubentur. Ipſius Proregis poteſtatem temperat Mandarinorum, qui circumſtant illum, authoritas: âb ijs enim accuſari, ſi res ferat, poteſt, imò à quolibet è populo, cui jus eſt, ſuas de Prorege querelas Pekinum deferendi. Si quis in Provincia tumultus increpuit, culpa in eum ſtatim confertur: ac ſi plus triduo perſeverat, capite culpam luit; Pœnam commeruit, inquiunt leges, ſi familia, cujus caput eſt (nimirum Provincia) turbatur: providendum ab illo fuit, ne quid oriretur mali. Quia verò privatis aditus aulæ facilé non patet, auréſque Procerum, & oculos Præſidum obſtruere ſolet, quæ res humanas vertit, ac pervertit, pecunia; Imperator in omnes Provincias dimittit certos expertæ gravitatis, ac prudentiæ, nulli cognitos, qui ſolerter immiſcent, inſerúntque ſe nautis, mercato-

ribus

ibus agricolis, & explorant taciti, quemadmodum ſe Magiſtratus quisque gerat. Poſtquam idoneis Authoribus, ac præſertim famâ, & vulgi voce, quæ rarò fallit, vitij quidpiam gravioris compertum eſt; tum verò ſe ab Imperatore miſſos denunciant, diploma ſui muneris proferunt, manus injiciunt peccantibus Mandarinis, eósque vel Pekinum mittunt ad dicendam cauſam; vel in convictos animadvertunt. Mandarinorum, qui vel moti loco, vel affecti ſupplicio fuêre, nomina per totum Imperium vulgantur, ad inurendam reis ignominiam majorem, & incutiendum integris, innocentibúsque metum.

Annius. Hoſpes optime id non conſequor; ſi tanta in Imperatorem reverentia, & majeſtas, quî fit, ut non in contemptûs periculum conjiciat authoritatem, dum per ſe luſtrat Provinciam? lecta mihi hac ſuper re digna memoratu, nec inſpecta minùs hiſtoria eſt. à ſuis ſe ſtipatoribus aliquando deditâ operâ ſegregaverat; inque ſenem miſerè lamentantem inciderat; percontatur ex eo, quid fleret? tum ille ignorans, quem alloqueretur, unicus, inquit, filius mihi erat familiæ columen, ætatis ſolatium; hunc Mandarinus eripuit: nunc reliqua ætas in ſolitudine, ac luctu ſoli, inopi, ignoto trahenda: quî enim

jus

jus contra Mandarini vim, & opes obti-
neam? hoc verò fieri, & faciliùs opinio-
ne tuâ poteſt, retulit Imperator; age ſis
equum conſcende, & poſt me ſede: at-
tolit ſe in Imperatoris equum ſenex hauc
cunctanter; emensísque millibus paſſuum
ſex, ſeptémve, deveniunt Mandarini do-
mum, tales hoſpites haudquaquam ex-
ſpectantis. Interim Regij ſtipatores cum
numeroſa nobilium cohorte Principem diu
quæſitum aſſecuti, pars in ædes Manda-
rini cum ipſo inferuntur, pars excubijs
locum undequáque cingunt, adhuc igna-
ri quid ageretur. Vocat Mandarinum
Princeps, & objecto crimine ſtatim mori
jubet: mox ad ſenem converſus: ut or-
bitatem, inquit, tuam conſoleris, mortui
locum, ac munus habe; ſed vide, ut il-
lud ſanctiùs impleas: documento tibi ſit
culpa ſontis, & pœna, ne tu viciſſim
alijs exemplo triſti, & documento ſis.

Nicanor. Rigida hoc Sinarum juſtitia
innatum habet; illud pulchræ clementiæ.
Initio anni cujusvis luſtrantur in omnibus
Provincijs carceres, & vinctorum cauſæ
cognoſcuntur à delegatis ex Urbe regia Ju-
dicibus; ne quis aut ære obrutus alieno,
aut legum nodis, ac Labyrinthis judicio-
rum implicatus in vinculorum pœdore
contabeſcat. Leviorum criminum reis, ve-
nia

a tunc, libertásque donatur; ſuccurri-
r obæratorum egeſtati; cauſarum diffi-
ıltates, ac moræ ſuperantur. Vocantur
judices miſericordiæ, ac Reginæ Ma-
is tribunal appellatur, quamvis in eo ju-
; ipſa nihil habeat, ſed à materna be-
gnitate curia mitior nomen traxit. Ad
œnandam verò Magiſtratuum licentiam
ıud ſcio, an venerit in mentem Legisla-
ɪribus etiam rigidiſſimis remedium. Im-
ɔſita Mandarinis Lex eſt aperiendi can-
dè ſtatis temporibus, & ad Imperato-
m perſcribendi, quidquid apertè, vel
:cultè in gerendo Magiſtratu peccave-
ıt. Hujus legis, moríſque ſeveritas è
ıplici capite cognoſcitur. Durum eſt
:ccatum confiteri, cujus luendam tibi
ɛnam certò ſcias, etſi moderatam: vix
ıim quiſquam inultus abit. Duriùs, &
:riculoſiùs erratum diſſimulare: nam ſi
ɛiſtat ejus aliqua mentio in inſpecto-
ım libellis, ſatis eſt culpa quælibet,
ıamlibet non graviſſima, ad hominem
ɪrtunis exuendum, aut vitâ: itáque ſa-
ìs ducunt ſincerè, ac ſine ambagibus
:ccata confiteri, eorúmque deprecari
ɛnam, magnâ pecuniæ vi perſolutâ:
ıod remedium ſupplicio, vel acerbiſſi-
o par, Magiſtratus in officio mirè con-
ıet, ac probos eſſe, licet aliquando in-
gratis

gratis cogit. Quam Prorex in Mandarinos, eandem hi potestatem obtinent in populum. Mandarinus suâ sponte caussam quamlibet examinandam suscipit, licèt nemo reum deferat. Ubicunque violari legem videt, eam sancire violantis pœnâ potest. In Urbe, via militari, privatis ædibus, comprehendit aleatores, conviciatores; certantes inter se verbis, aut verberibus, in ipso vestigio fustibus per suos lictores contundit, quô peracto institutum iter sedatè repetit.

CAPUT VI.

Pars altera Politicæ Sinicæ: concordia, & tranquillitas populi.

A*Nnius.* Inter tot Rhadamantos, & millenos Themidis sacerdotes etiam tu Apicios, imò Apiciorum scurras recenses.

Nicanor. Imaginum pulcherrimarum gratia ab umbris commendatur: cui bono Magistratus, si nulli delinquentes: alibi terrarum (id audacter pronuncio) vigilatur, ùt nebulonum minuatur numerus, & hoc sapienter; in Sinis verò, ut ne fiant, & istud porro Reipublicæ longè felicissimum.

um. Eximia profectò populi tranquil-
tas, & concordia: hujus porrò primum
ndamentum jure dixero liberorum pie-
tem, & observantiam erga parentes;
quacunque illi vel ætate, vel officio
uantumvis publico sint: & hæc à pro-
enitoribus severè exigitur. Pater in fa-
ilia regiam quamdam exercet potesta-
m: fortunas, cui lubitum, donat; li-
eros in servitutem, si eget, tradit; illi
erò accusanti creditur, vel hoc nomine,
uòd parens prolem suam accuset: satis-
ue in filio criminis est, quod Patri non
tisfaciat; ac si accusari à Patre pergat,
fugere non potest, quin pereat. Euro-
æis tantam severitatem mirantibus re-
ondent: quis puerum novit certiùs,
uàm qui genuit, educavit, in oculis, &
nu tot annis tulit? cujus autem amor est
erior, justiórque, quàm patris? igitur
ab eo, qui probè eum novit, qui ex
imo amat, condemnatur, à nobis absol-
quî potest? si objicias; certos homi-
es ab alijs naturali quodam odio diffide-
; id vitij patribus quoque inesse posse:
spondent; nos feris ipsis non esse inhu-
aniores, quæ in catulos ultro non sæ-
unt. Quod si monstra tamen hæc inter
omines oriantur, cicuranda esse filiorum
bsequijs, & humanitate. Cæterùm,
tam

tam altè insitus est animis paternus amor inquiunt, ut eum exstirpare penitus na turalis abalienatio nulla queat, nisi rebel lione liberorum, aut vitijs irritata. Quid quòd ipsis Imperatoribus tutum non si ab hac liberorum in parentes observan tia discedere; audi factum, quod ex ore Si nici Doctoris habeo relatum.

Imperatorum, inquiebat ille, unu matrem durioribus acceptam verbis, & affectam contumeliâ in exilium ejecerat Cùm verò satis intelligeret, id molestissi mè à Mandarinis latum iri, edicto capita li vetuit, ne ullus verbum eâ de re se cum faceret. Siluêre paulisper, donec irâ senescente, Princeps ad meliora con silia se referret: postquam obfirmatum, im motúmque vident, erumpere decreverun potiùs, quàm exemplum adeò pernicio sum silentiô flagitiosô comprobare. Pri mus, qui libellum supplicem eâ de re Im peratori obtulit, statim capite plexus est, cæteros præsens periculum nequaquam ex terruit: paucis diebus interpositis proce dit alter Mandarinus, útque suum sibi ca put præ communi bono vile esse decla raret, feretrum ad limen palatij deportar secum jussit. Efferavit Imperatorem con stantia: mortis acerbitatem varietate sup pliciorum, ac diritate, ut aliis terroren in-

ſceret, cumulavit. Ulterius pergere
n jam prudentiæ, ſed pertinaciæ eſſe
leatur. Non ita Sinenſibus, ſuccedit
go tertius cum ſua pariter ſandapila.
ubi venit in conſpectum; *juvat, juvat*
ri, exclamavit, *ne videamus Principem,*
fundamenta Imperij convellit. Si nos au-
e negas, pergimus ad majores tuos; illi nos
lient, & eorum fortaſſe nocturnos Manes,
noſtros, tuam tibi exprobrantes injuſtitiam, vel
itus audies. Exarſit majorem in modum
nceps, hominis inſolentiâ, ut ajebat,
citus, & in eo necando ingenium om-
crudelitatis exprompſit. Cùm tamen
ex alijs pulchræ neci devovere ſe non
bitarent; ſubiit illum metus, ne quid
e ſibi, & Imperio periculi gravioris
aretur. Itáque mutato conſilio, revo-
am ab exilio matrem, in priſtinum gra-
, dignitatiſque gradum reſtituit.

Annius. Priſcam fidem! quanta in pe-
re barbaro legis reverentia.

Nicanor. Necdum ſatis parentis vivi
ectam coluêre filij; nec cum fato ex-
guitur obſervantia. Statim atque pa-
s animam efflavit, totum conclave in-
itur panno rudi ex alba canabe, qui
or funebris eſt: feretrum è ligno in-
tis pretij, ac vulgò experto corruptio-
multò ante comparatum à viventibus
in

in medio conclavi ſtatuitur; erectâ deſ
per mortui effigie, mensáque ad lat
collocatâ, ubi odores incenduntur, ſ
césque collucent: ſubeunt moniti libell
certum in modum conſcripto, affines,
amici; mœrentes, tacitique genua len
ſubmittunt, & fronte feriunt humun
ſubeuntes excipit filius vultu mœſto, v
ſte ſordidâ, fune craſſo incinctus, cu
pileo calceísque ſtramineis: noctem ex
git ad feretri pedes jacens in ſtorea; v
ſcitur cibo plebeo, ac parabili ſine co
dimentis, ac bellariis. Per triduum ten
hic affinium, & amicorum concurſus
ſed triennio toto domeſticus luctus pe
durat; quaſi ad compenſandos tres anno
quibus infantem filiolum, necdum vale
tem ingredi, pater in ulnis geſtavit. Se
vatur interim capulus in conclavi; nulli
dies abit, quin ante illum ſæpè procun
bat filius parentis memor; odores incen
dat, inferat cibos, quibus Bonzij (ſ
ſacrificuli vocantur) ad nænias quaſda
concinendas acciti, ſaginantur. Tunc om
ni vacat publico munere; deponit Mag
ſtratum, ſi quem gerit; ac negotijs, v
graviſſimis penitus omiſſis relictâ ſtatim
ſi peregre eſt, urbe, atque adeò ipſa au
lâ, domum paternam repetit, ut paren
juſta ſolvat; elapſo demum triennio, di

uftus ab hariolis exquiritur; convocan-
r propinqui, procedit funus, præeun-
bus tympanis, ac tibiis. Majorum ima-
nes deferuntur, tum machinæ, pegma-
, & pyramides, in quibus præclara mor-
i facinora ſpectantur, vel figuris expreſ-
, vel in tabellis exarata. Menſæ de-
um ſtruuntur odoribus, & epulis onu-
æ: ſuccedunt agmina Bonziorum, ſuo
æque induta cultu, & lugubrem ſym-
ioniam iterantia; hanc incendunt fæmi-
e in apertis geſtatæ lecticis, & miſera-
li ululatu omnia, tanquam ſi ad necem
ſæ raperentur, implent. Liberi flen-
s, macie confecti, ac pœdore conſe-
iuntur. Moris eſt non in urbe, ſed ru-
, ac plerúmque in ſylvula tumulos com-
ni. Locus augurato capitur, obversus
eridiano ſoli, & ab imbre tutus, atque
eò editior, in declivi ut plurimùm col-
Sepulchra ipſa altè in humum de-
eſſa ſolido fornice contra vim imbrium
iniuntur: eadem ſtatuis, periſtillo,
ignificis interdum ædibus adjunctis or-
ntur.

Alterum verò fundamentum publicæ
, magis etiam ſplendidum, & ſeve-
m, eſt Magnatum potentia: hi Manda-
i linguâ nativâ dicuntur. Nunquam hi
blicum ſubeunt ſine apparatu, & pom-

pa,

pa, quæ animos veneratione percellat
conspiciuntur sublimes in ornatissima,
patente lectica, præeuntibus proprij tr
bunalis administris, & omnibus dignitat
suæ insignibus circumdati. Quàm proc
apparent, consistit populus, & levâ, de
tráque decedit: domi jus dicentes n
mo, cujuscunque dignitatis sit, alloqu
tur nisi provolutus humi: cúmque hæ
ipsis potestas per leges fiat, ut fustuari
quemlibet mulctare indictâ causâ possint
ad eorum occursum, aspectúmque nem
non cohorrescit. Quod si potestate
moderatè, ac sapienter Mandarinus exe
cuit, abeuntem magistratu omnes hono
re miro prosequuntur. Procurrunt ob
viam effusæ mœnibus civitates, omnia fe
sto clamore personant; populus caterv
tim divisus militarem viam insidet: instru
untur à singulis turmis mensæ splenden
pictæ minio, transeuntem sistunt: accum
bere paratísque dapibus, & exquisiti
Mensarum secundarum deliciis vesci co
gunt, aurésque laudibus suis, qua null
gratior Symphonia, præbere. Hic aud
populi Pater, illic *Provinciæ conservator*: *s*
lus publica: nec minùs delectantur ver
multorum lachrymis de illius discessu
jacturáque lamentantium. progrediente
alia similiter turba excipit, itémque alia
done


onec dies inter iſtos plauſus, gratula-
ones, piósque luctus tota fluat. Illud
erò longè lepidiſſimum accidit, quod
us veſtium aliquid certatim quisque di-
piat, ad perennem viri de publica re be-
emeriti, memoriam; hic tollit ocreas,
e aufert pileum, iſte clamydem: at ſi-
ul veſtium partem ei, quam abſtulit, ſi-
ilem illi reddit, ab aliis pariter ſtatim
ripiendam. Ita ſæpè paucis horis in-
iet ocreas triginta, & pileos totidem,
pœnulas mutabit. Ut verò illuſtrium
rorum memoria publicis ornata monu-
entis maneat, res eorum præclarè ge-
s in ære, & marmore inciſas collocant
oppidorum locis maximè frequentibus,
tuas, & arcus triumphales erigunt, cu-
ſmodi quaſi trophæa tot exſtant, ut Im-
rium *Sinicum* honoris, ac meriti thea-
um appellari jure poſſit.

Annius. Pace tuâ, Nicanor optime,
nta hæc Mandarinorum præcellentia
n poteſt non ſæpè fictas gratulationes,
agiſtratûs depoſiti ſtipendium, referre;
is enim, quem nuper tantopere me-
ebat, ſubito amet?

Nicanor. Huic quoque malo cautum
affatim urbanitatis communis legibus:
odeſtia, & comitas, amicitiæ pudorísque
agiſtræ, in qualibet hominum ſorte exi-

miè coluntur. Sic enim illi de se: hi
maximè homines præstant belluis, homi
nibus cæteris Sinæ. Ac sapiunt profectò
cùm ita sibi persuadent; ingenia petulan
tia, ferocia, iracunda imperiis turbandis es
se oportuna: contra verò cives inter s
amore, & certare officiis solitos, poten
tes iræ, doctos dissimulare, ac pati; re
tinentes ordinis, quem ætas, meritum
gradus constituit: sic natos, inquam, ho
mines, sic institutos non facilè ad publi
cam rem turbandam, ab officii, rationis
que via deflexuros. Mos salutandi cùn
alter alteri fit obviam hic est: compositi
in decussim ante pectus manibus, aut su
per utrumque femur protentis, capu
paulùm inclinant. Si quis majorem habe
re honorem salutando velit, junctas ma
nus ad terram usque demittit toto cor
pore incurvato. Dum se invicem invi
sunt, non terunt tempus primo in aditu
jactandis verborum Lenociniis, ut Euro
pæi, sed lege constitutum habent, qui
quisque dicat, quid respondeat. Sistitu
ad ostia singula, corpus inclinatur, ac ver
ba concepta repetuntur. Ea duo tantùn
sunt: *Tsin*, & *Poukan*, id est, progrede
re, & non ausim: voculam uterque suan
ter, aut quater ingeminat: tum hospes
quasi vinci dolens, prior ingreditur. Se
detu

tur recto corpore, non ad cathedræ
ırſum acclini, quod eſſet impudentiæ
ın ferendæ; manibus in genua porre-
s, demiſſis oculis, pedibus æquali ſpa-
ı productis, non obliquis, aut inter ſe
ınſverſis; toto vultu ad modeſtiam, &
avitatem compoſito. Legatis Impera-
rem allocuturis præſtituti ſunt dies 40.
ıibus ſe comparent: ac ne quid illis
ːrperam excidat, mittitur ad eos per
tum id tempus Magiſter cærimoniarum,
quo exerceantur. In conviviis adeſt ar-
ter edendi, & bibendi, quem convivæ
nnes audiunt: hic cùm innuit; univer-
manum lanci admovent, & os poculo;
tollunt bacilla, vel deprimunt: nam ba-
lis duobus argento præfixis utuntur fu-
nularum vice: in iisque tractandis mi-
ſolertes, & eruditas manus habent.
t ſua unicuique menſa ſine mantili, ſine
cultello, aut cochleari: omnia quip-
pe fercula ſecta fruſtatim ap-
ponuntur.



CAPUT VII.

Pars tertia Politicæ Sinicæ: Legum Severitas, & in exequendo rigor.

Nicanor. Tertium demum Imperij Sinensis administrandi caput, sunt propriæ quædam prudentiæ politicæ leges, queis fulta Sinica res stetit ac floruit jam inde ab anno ante Christi ortum bis millesimo, sexcentesimo nonagesimo septimo; mihíque ex frequenti Doctorum Sinicorum commercio utcúnque cognitas, has, si ita lubitum, ordine expediam.

Annius. Næ tu, dum adeò benignè litas desiderio meo, etiam cor reipublicæ adjeceris.

Nicanor. Earum igitur prima est: ùt nemini mandetur munus publicum in ea, unde oriundus est Provincia. Mandarinus enim ignobili natus loco, à consciis natalium ferè contemnitur: quem contrà avita stirps commendat, periculum foret; ne cognatorum, aut amicorum opibus fretus, res novas moliri occipiat; certè ne præpeditus gratiâ, authoritate, metu, jus non posset integrè, ac liberè dicere.

Altera lex est: ùt nullum munus publi-

cum nisi virtute, & doctrinâ solâ pare-
· : ideò in candidatorum mores, vitam,
ctrinam rigido examine inquiritur. Vix
ocessit annis, & doctrinâ puer, exa-
nandus offertur Mandarino, ac si com-
odè characteres format, inter eos ad-
ttitur, quibus penetrare in librorum
yta, atque ad gradus Litteratorum pro-
hi licet. Istorum graduum tria sunt ge-
ra, quæ nostratibus artium Magistris,
ccalaureis, & Doctoribus utcúnque re-
ondent. Quia porrò arbitra fortunæ
ud eos doctrina est, eam ob rem in
idio litterarum ætatem omnem consu-
unt. Classicos libros memoriæ man-
nt labore indefesso, leges interpretan-
r, & explanant. Toti sunt ab anno sex-
ætatis ad sexagesimum usque in scri-
endo, in cognoscendis, imitandísque
riscis Doctoribus, in arte dicendi com-
randa. Quibus ingenij vis acrior bre-
ori tempore metam longissimi studij at-
ngunt: sed hæc rara inter Sinas avis.

Doctrinæ periclitatio severissima. Ter-
o quoque anno instituuntur examina in
rbe primaria Provinciæ octavâ lunâ, quæ
mensem Septembrem nostrum incidit.
abent primariæ urbes illæ cellarum mil-
a circiter quatuor, ingenti cincta muro:
ngulæ passus ternos latæ, quinos longæ,

 altæ

altæ ad hominis ſtaturam. Supellex præ
ter menſam, & ſedile, nulla; unica i
hoc, quaſi gymnaſio porta patet: cuju
in limine diligenter unuſquiſque excuti
tur, ne quid ſcripti ocultet in veſtibus
aut in penicillorum calamis: præter quo
& folium chartæ purum, afferre nihil de
bet. Ingreſſi compinguntur in cellula
januis obſeratis, & appoſito lictore, qu
obſervet, ne quid innuant, vel inſuſu
rent vicinis: militum vigil cuſtodia mu
rum obambulat.

Ad quatuor patentis areæ angulos de
figitur exaratum litteris cubitalibus argu
mentum ſcribendi, quod è ſua quiſqu
cella facilè legat. Primo die proponun
tur effata quatuor deſumpta è Confuc
libris: itémque alia tria, ducta è priſci
voluminibus: licet eligere, quod ad cu
jusque ſtomachum, & vires magis facit
Effatum ſuum quiſque ornat, amplificat
perpolit: tota ſcriptio vocibus quingen
tis includenda eſt. Secundo die materi
ſcribendi eſt generis deliberativi, ùt vo
cant Rhetores. Quæritur, quid agendum
in aliquo certo negotio? quid videatu
eſſe è republica? quid Imperatori ſuaden
dum? ſcriptio in modum libelli ſupplici
eſt conformanda. Diem tertium ocupa
aliqua forenſis diſceptatio; ſolvendus le
gi

s nodus; ſententia pro tribunali dicen-
.; accuſatio, vel defenſio ſuſcipienda.
cumbunt in laborem candidati à manè
mmo ad veſperam. Prandium leviden-
præbet illis civitas, quo verendum non
t, ne tentetur cerebrum noxiis vapori-
ıs, & contentio laborandi frangatur.
ıb noctem omnes folia ſua complicant,
lſcripto ſuo, parentum, majorum, & pa-
iæ nomine. Chartam aſſignatam Præfe-
o tradunt; eam ſubitò exſcribunt Libra-
j, in hoc munere exercitatiſſimi: nihil
mittunt, ne apicem quidem, præter
ıthoris nomen, quod in iſto exemplo
on apponitur. Nequa in re tamen lapſa
t eorum aut manus, aut fides; datur ſe-
ectis cenſoribus provincia conferendi cum
ıthographo exempli: ſcriptiones autho-
raphæ in ſcriniis diligentiſſimè obſeratis
enentur: exempla deferuntur ad judicum
ſſeſſores, qui, rejectis deterioribus, op-
ima deligunt, de quibus duo judices,
b aula miſſi, pronunciant: collatisque
urſum exemplis cum authorum ipſorum
nanuſcriptis, Lauream, & Magiſterij de-
us promerentibus largiuntur, eorúmque
criptiones & nomina toto Imperio pro-
nulgant.

Qui verò Doctoris gradum ambiunt,
pportet, Pekinum conveniant. egentio-

 ribus

ribus sumptus itineris de publico suppe-
ditantur. In iis examinandis diligentia & cautio longè major adhibetur. Sedet inter illorum judices aliquando Imperator ipse, cujus nonnunquam acumen, ac diligentiam, vel peritissimi reformidant. Simul atque Doctores creati sunt, Imperatori offeruntur, à quô tres primi coronâ floreâ, vel aliquo alio munere donantur: nonnullos in Academiam suam cooptat, unde vix unquam educuntur, nisi ad obeundam insignem quandam regni præfecturam. Doctor Semper opibus affluit; vel ipsis gratulantium donis dives est, dum ejus gratiam conciliare sibi quisque studet.

Annius. Quî fit igitur, ut tam litterarum amans populus, nullos advenas, quod sæpè audivi, inter septa Regni velit admittere.

Nicanor. Inolita tot sæculorum consuetudo firmissimum posuerat obicem; nunc tamen, ut expeditior fieret commercij cursus, datur exteris venia subeundi portus, à quibus olim arcebantur. Nihil enim antiquius est Sinis, quàm ut vigeat commercium, & floreat. Omnes in quæstum omnia conferunt, etiam Mandarini; qui societate cum lautis mercatoribus initâ fructum è pecunia ingentem colligunt.

igunt. Imò lucri causa mentiri, astutè
scientérque fallere, apud illos virtus est.
Hanc artem docentur à teneris, & inge-
nij laus est non vulgaris, eleganter, ac
scitè mentiri. Veniam hanc ultro petunt,
vicissimque dant. Deprehensus in dolo
mercator, vides, inquit emptori, quàm
tardus, hebésque sim: tu me peritior es,
aliàs ero fortasse felicior. Commercij Si-
nensis præcipua pars in ipsa Sina conti-
netur. Singulæ Provinciæ, tanquam to-
tidem regna mutuas indulgent opes, &
omnium ubertate ditescunt.

In quarto illorum placito habes, bone
Anni, quod stupeas; tantus eruditorum
numerus, & mercatorum seorsim affluen-
tia nihil detrahunt, militum per univer-
sum Imperium copiis propè innumeris.
Ratum illis, fixúmque expeditas, atque
instructas semper legiones habere tum ad
fines tuendos, tum ad domesticos tumul-
tus sopiendos. Quindecim ut minimùm,
aut viginti militum millia singulis Provin-
ciis imposita sunt. Centum sexaginta
equitum millia Pekini excubant. Aliæ
cohortes murum Tartaris objectum, aliæ
insulas tuentur, adeò, ut quingenta ipsa
armatorum millia Imperator alat vel in
summa pace. Verùm lautissimæ, & splen-
didissimæ copiæ sunt, non item opttmæ:

 paci,

paci, otio, literis ætatem totam dediti; hinc nemo, nisi librorum tædio, militiam profitetur. Artem bellicam, ut ferinum quiddam, & barbarum exosi. itáque ipsam belli armorúmque speciem ab oculis removent, nec modò civem cum telo esse vel gladio, sed nec militem quidem ullum patiuntur. Milites tunicati vagantur, & inermes, nisi cùm lustrantur copiæ.

Quintum Sinensis politicæ placitum est, nullam ut nobilitatem velint esse hæreditariam. Liberi virtutem parentis, & eruditionem præseferant, necesse est, ut honor penès ipsos maneat. Una Confucij familia ceras ostentat, pristinæ dignitatis retinens: Cæterùm quidquid in Imperio est, populus, aut Mandarinus est.

Sextum denique placitum spectat pœnas & prœmia. Benè de Imperio meriti nunquam frustrantur sua mercede: inventi sunt tituli honorum pleni, quibus virtus cohonestetur. Hinc orti varij Mandarinorum ordines; duplex in uno quoque est gradus, alter altero nobilior. Nec parciores in pœnis, quàm prœmiis. Unicuique delicto suum est constitutum lege supplicium; inolevit mos, ut fustuario plurimùm utantur. Impinguntur fustes tergo: si quadragies, aut quinquagies,

gies, animadverſio paterna nuncupatur: cujus ne Mandarinos quidem immunes dignitas ſua præſtat. Inveniuntur nihilominus ubique vicarij, qui venale dorſum, pro ſontis tergo ſupponant: ſigno dato ſubeunt ſolerter in alterius, per confertam multitudinem elabentis locum, & plagas non ſibi debitas læti excipiunt. Hâc arte unâ multi vitam tolerant, & fuſtuario utuntur. Reis ignobilibus amputant caput: hoc ſupplicij genus tetrum imprimis, ac turpe cenſent. Nobilibus eliduntur fauces laqueo.

Demùm non exigua politicæ prudentiæ pars eſt ordo, & diſciplina civilis, qua omnia præciſa, ac definita ſunt. Urbes formâ ac figurâ quadratâ ædificant, ita ut portæ ſpectent partes mundi quatuor præcipuas: eadem eſt domorum ratio: domorum omnium humile faſtigium & æquale, ne quis in alienas ædes, aut hortos proſpicere poſſit. Nulli parcitur ſumptui, ùt viæ publicæ ad omnem commoditatem inſtruantur. Poſt millenos quósque paſſus viam transverſam ſecat fabrica inſtar triumphalis arcûs alta triginta pedes, tribus ampliſſimis portis aperta, quarum in culmine ſcriptum litteris uncialibus legitur, quantùm diſtet urbs proxima, tum ea, unde venit, tum ea, quò

ducit

ducit via: ſic non opus viæ ductoribus. rurſum poſt dimidiam quamque leucam. In eâdem viâ turricula quædam conſpicitur è terra congeſta; ibi defigitur vexillum Imperatoris, nec procul militum ſtatio, qui ſubitò adſunt, cùm tumultus aliquis percrebuit, præſertim verô ad prædones, graſſatoréſque cohibendos. Nemini otioſo licet eſſe; procul intemperantia compotationum, & ludorum, procul omnis alea, nec illa niſi clam, & gravi cum periculo luditur. Luditur tamen, tanta eſt libido lucri! Ac ſæpè uxores, prædia, domus à Luſoribus obſtinatis deponuntur. Uxores inquam; ut enim eas emerunt, ita etiam aliquando vendunt. Nunc mihi in mentem res plena leporis, quæ Tartaris Nankinum occupantibus accidit. Milites in promiſcua vaſtitate ſacris, profaníſque rebus inferenda, pepercêre fæminis, quas eſſe in Sina venales audiêrunt. Undecunque raptas incluſêre ingentibus apothecis, in forum poſtea producendas; ſed quia multarum ætas, ac forma deterior non facile videbatur emptorem inventura; placuit univerſas in ſaccos abdere, atque ita venales proponere. Pretium in ſingulas conſtitutum, ut non pluris, quàm binis, terníſque nummis venirent, ſed ita, ut clauſi

ausi sacci, & operti emerentur. Die
istá concurrit in forum multitudo, pars
t uxores, ac filias recuperarent, pars
cri studio. Hos inter, nescio quis, è
ebe infima, qui nummos duos ægrè
omparserat, genium defraudans, eos ob-
ılit, & saccum suum abstulit. Vix emer-
rat è turba, incessit cupido cognoscen-
, quàm bene, ac feliciter emisset. Sac-
ım recludit: videt retoridam anum, &
nio, maciéque deformem. Hoc aspe-
ı sic efferatus est, ut saccum, & vetu-
n in flumen abjicere pararet, amissæ
ecuniæ dolorem lenire gestiens. Cui
latrona caput sacco exerens; noli, in-
uit, ô bone, fortunam incusare, nun-
ıam meliùs emisti: faxo ego, si mei cu-
m geris, ùt unum hunc diem tibi dicas
rtunatissimum in vita illuxisse. Hac ora-
one mitigatus, deducit illam in vicinas
des, ubi se indicavit. Erat præpoten-
Mandarini Conjux, quem ex templò
r litteras fecit de sua calamitate certio-
m. Nec ita multò post adfûere famu-
, à quibus domum est revecta cum suo
ıdice, quem ita ornavit, extulítque ùt
m duplicis nummi tam bene collocati
inimè pœniteret.

Matrimonia vetulæ gnaræ mentiri con-
iant: hæ puellæ formam, indolem, so-

 ler-

lertiam laudant: & quo pluribus dotibu
ornatur, eò pluris emitur, quæ tame
nihil adfert dotis nomine, præter nuptia
les amictus, mundum muliebrem, & ſu
pellectilem donatam à Patre. Uxores re
pudiare non licet, niſi convictas adulte
rij, aut certis aliis de cauſis. Tum ea
vendunt, cui lubuerit; aliámque mercan
tur. Unica in ſingulis familiis uxor le
gitima, concubinæ plures. Liberi tame
omnes ad hæreditatem jus habent, qui
cenſentur omnes ad legitimam conjuge
pertinere: eam, ex qua nati, neque v
vam colunt, nec mortuam lugent.

Annius. Animadverto, amiciſſime N
canor te finem orationis reſpectare,
dies jam claudi incipit, cœnáque præp
ratur; nihil dum tamen de ſacris gent
intelligere licuit. viden', ut adhuc utr
que prurit auris.

Nicanor. Sacra non omnibus un
Plebs præter idolum Fo, de quo aliq
non ita pridem, varias Deorum formas
& ſpiritus, ut vocant, veneratur: ídq
tantiſper dum fauſti, & boni ſunt: ſin
vota ſurdos advertat, ignominiâ inte
dum, & verberibus afficit, vicatímq
in luto, & ſordibus ligatos volutat; qu
ſi contingat interea, ut voti compos fia
ſimulachrum ablutum diligenter, ac r
pu

rgatum delubro suo restituit; proci-
t venerabunda, & factum pluribus ver-
s excusans, redeamus, inquit, in
atiam: parce; rursum inauraberis.


Annius. Unde autem idolum illud
?

Nicanor. Magus olim, aut circulator
dus fuerit; cujus matrem gravidam
unt sibi visam in somnis parere album
ephantem. Inde factum, ut elephas al-
us tanto apud Indiæ Reges in pretio sit;
maxima propter illum inter se bella ge-
nt. Foi discipuli, & cultores orientem
rè totum impleverunt, quos, cùm jam
eret animam vocâsse traditur; iisque
mquam rem omnium, quas unquam do-
uisset verissimam dixisse: *ex nihilo orta
nt omnia, & in nihilum omnia revolvuntur.*
uidquid sit, monumenta Sinarum vetera re-
erunt, eorum tam fortunatam fuisse con-
itionem, ut verum, & summum Numen
m inde ab ipsis Monarchiæ incunabulis
ognitum habuerint. Ejus conditores
ohium Xaum, & alios deinde consecu-
os prima Imperij fundamenta jecisse ap-
aret ducentis post diluvium annis; &
riginem duxisse à Noëmi filio Sem, quæ
ox apud Sinas procreationem, & vitam
gnificat. Ab his orti majoribus, crea-
oris potentiam, & majestatem ignorare
non

non potuerunt. Fohius, ut Sinica te-ſtantur monumenta, certas pecudes dom alebat, quas cæli, terræque Domino immolaret. Eidem cæli Domino templum poſuit Hoamtius Imperator tertius. Chuentius, Imperator quintus divini nominis cultum propagavit in omnes Provincias, & certos eidem Mandarinos procurando præpoſuit. Et à ſucceſſoribus ſuis certi ſacrificiorum ritus, ac ſtata ſingulorum tempora, jejunia, publicæ preces, maximè, ſi quæ calamitas urgeret, celebrabantur. Sed corruptis paulatim moribus nominatus ille Fo magus omnia permiſcuit: donec iterum, ùt Sinici produnt libri, deſertis verbis, inſigni vitâ, virtutibus, prodigiisque mirabili viro in Sinam venienti perpurgata ſunt omnia. Hoc verò tempus, ſi rationes chronologiæ Sinicæ ſubducantur, in ætatem Apoſtoli Thomæ creditur convenire. Id ipſum Chaldaici Malabarum libri confirmant: quorum in Breviario ad diem S. Thomæ hæc leguntur: *Opera S. Thomæ Sinenſes, & Æthiopes ad fidem Chriſtianam converſi, veritatem agnoverunt.* Itémque alio in loco: *Per S. Thomam Regnum cælorum in Imperium Sinenſe penetravit*; Rurſum antiphona hunc in modum concinit: *Indi, Sinæ, Perſæ offerunt in honorem S. Thomæ, debitam tuo ſancto nomini*

ini adorationem. Quod tamen lumen tem-
oris lapſu detritum, dum iterum anno
paratæ ſalutis 1581. P. Michaël Rogerius
ocietatis JESU Sacerdos ad Sinam in-
riorem penetrans, iteratò Chriſti Evan-
elium diſſeminavit. Rurſum annis poſt
bentibus P. Matthæus Riccius pruden-
æ, & eruditionis ſingularis; plurimos
d ſalutarem legem perduxit, quæ ad-
uc egregiè in multis Imperij urbibus flo-
et. Vix hæc Nicanor, cùm ecce, ad-
nt famuli plenis onuſti lancibus; & An-
ius, habes, hoſpes ſuaviſſime, me totum
ıum: Sinas ego abundè, ſedens &
tioſus vidi: hic dies etiam pluris mihi
ſt, quàm ſi trimeſtri curriculo ſpinas il-
ıs ſcholarium mandiſſem. Nunc libet hi-
riùs genio litare, quæ verò in penu
ıa recondita ſervas, in craſtinum prom-
ſeris. Tum Nicanor blandè excipiens,
mò verò, inquit reliqua, quæ ſunt, bre-
i circuitu, & in cœnæ periodum ex in-
ervallo cogi poterunt; Sinas à Japone
on niſi fretum dividit. Audito Japones
ominari Annius, hæc, ait, non minùs ac
Sinæ afficient animum; ſecundis men-
ſis talia bellaria apponuntur.

DISER-



DISSERTATIO II.

De Japonia, & Cocincina.

CAPUT I.

Japoniæ ſitus; incolarum potentia, & mores.

MOræ non patiens Nicanor vel ipſas inter dapes; utinam, inquit, cùm Japonem luſtrabam, tam mihi delectus ciborum fuiſſet præſtò! bellicoſa viris Regio, ſed aſpera, & avara frugum. Complures quidem illam in extrema Aſia conflant Inſulæ, quarum præcipuæ NIPHON, XIMUS, & XICOCUS: nunc ab harum prima inflexo vocabulo tota Regio à nobis Japon dicitur. XICOCUS quatuor Regna, XIMUS novem, NIPHON omninò quinquaginta & ſeptem amplectitur; quanquam non omnia ejuſmodi, ut Regni nomenclationem mereantur: terra quippe univerſa Italiam magnitudi-

udine vix excedit. Finitur à ſeptentrio-
e Tartaris, ab occidente Sinis, ab
riente novâ Hiſpaniâ; meridiem vaſtum
equor excipit, & ignota adhuc orbis
ortio. Japonum Imperatores olim com-
nuni nomine Dairi vocabantur. Eorum
nus ante ſeptingentos & aliquot annos
tio, voluptatibúſque diffluens, Imperio
poliatus eſt à primario Regni Adminiſtro,
ui nomen Cubo, qui poſtmodum bel-
um grave, ac diuturnum geſſit cum Im-
erij Proceribus partim ſucceſſu temporis
lomitis, partim victoribus, ac ſuis in
Provinciis Regium nomen occupantibus,
mperatori tamen Vectigalibus. Huic
enim & jubenti obſequuntur, & operam
navant gratuitam, cùm opus gerendo bel-
o; itáque maximos exercitus conflare
nullo ſuo ſumptu poteſt. Linguâ unâ
omnes loquuntur, eáque tam fœcundâ
vocum, ut ad eandem rem exprimendam
plurima verba ſuppetant; quorum tamen
alia à Proceribus, alia à vulgo, à viris
alia ac fæminis adhibentur; alia in vul-
gari ſermone, alia cùm commentantur
quidpiam: par propè diverſitas in ſcriptio-
ne: alias quippe litterarum notas in epi-
ſtolis, alias in libris, voluminibúſque
conſcribendis uſurpant. Gentis ingenium
univerſim acre, ac facilè, id è ruſticis po-
tiſſi-

tiſſimùm, puerísque comperias: hi celeriùs Europæis, quidquid docentur, arripiunt; illi urbanam miniméque agreſtem indolem præſeferunt. Litterarum plerique gnari, ſciendíque cupidiſſimi: hinc & rerum originem, & res abditas de Deo cognoſcere ardenter expetunt, ſermonésque prolixos de his avidè ad aures admittunt. Ut autem ingenio excellunt, ita decori in omni vita perſtudioſi; ne quidquam dictis aut factis, quod minùs decens, aut molle appareat, admittant. Unde animi perturbationes mirè nôrunt comprimere, & in ira maximè gradum lentum, frontémque hilarem præferre. Jurgia, rixas, lites omnes averſantur; contra urbanitatem, modeſtiam, & comitatem ſpirant omnia. Impiam in ſuperos vocem nuſquam audias, nec fracti, & impotentis animi querelas in rebus vel perditiſſimis; convicia, provocationes, licèt gens admodum ferox, nullo loco. Si quid odioſiùs accidat, contentionis vitandæ causâ, per internuncios agunt, ferociam, & ulciſcendi ſitim differentes in tempus; Æquitate, Conſtantia, & quâdam excelſitate mentis, adverſa omnia tolerantis, maximè gloriantur. Laudem, & gloriam mirè appetunt, pares propè Romanis Veteribus in retinenda dignitate.

e. Hoc fummus Imperator juris obti-
et, ut illius judicio ftet, quo quifque
tulo debeat compellari. Ergo huic pro-
eres finguli, Dynaftæque, cum honore
ofteriora ducant omnia, per procura-
ores fuos pretiofis muneribus blandiun-
ır, ùt ejus gratiam ineant, & quàm
ıagnificentiffimam appellationem obti-
eant. Nobilitatem magno in pretio ha-
ent, eámque divitiis anteferunt; unde
atritij, vel egentes, honorem fuum fer-
ant, haud minùs, quàm divites, &
pulenti. Non tanti ducunt divitias, ut
obiles, quamvis pauperes, cum plebeis
el ditiffimis ineant connubia: quòd fi
cerent, multùm de fua exiftimatione, &
ignitate deperderent. Nec plures, quàm
nguli fingulas uxores habent. aleas, fur-
, ut res turpiffimas, deteftantur; &
æc comperta, furcâ pleƈtunt. Reve-
entur fe invicem præcipuè Nobiles, cer-
ntes officiis, & honore verborum. Ce-
eras præ fe nationes contemnunt; quo-
am arbitrantur fe armorum gloriâ, vir-
ıtéque bellicâ cunƈtis præftare: & vel
rmis adeò deleƈtantur, ut pugiones jam
de à pueritia perpetuò geftent, etiam
omefticos inter parietes, eósque noƈtu,
ım ad quietem concedunt, ad cervical
fpendant, aurum, & argentum in or-
natum

natum illorum prodigant, imò nonnunquam rem familiarem univerſam. Et cùm continenter bella gerant, equiſque abundent; pedeſtres tamen ferè contendunt ut porrò jam inde ab utero ad duram, militarémque vitam conſueſcant, vix nati, ad flumina, etiam tempeſtate perfrigidâ, lavandi deferuntur, avulsíque ab ubere in locis aſperis procul à Matribus & nutricibus, ſpartano ferme modo educantur: ex quo fit, ut famem, ſitim æſtum, cæteráque incommoda incredibili patientiâ totâ dein vitâ tolerent. Apertum caput uterque ſexus æſtate, & hyeme, pluvio, ac calido Jove ſervat. Somnum capiunt in ſtoreis pavimento inſtratis, ſubjecto cervici tigno. Piſce, pomis, oleribus, orizâ victitant adeò frugaliter, ùt ſecundâ plurimùm valetudine ad ſummam ſenectam perveniant: corpora paſſim robuſta, & procera habent barbam promittunt, radunt comam ruſtici dimidiam; cives, præſertim nobiles, totam, ſervatâ duntaxat exiguâ capillorum parte in vertice, quam ab occipite in humeros, inſtar longæ tæniæ, rejiciunt. Aquam adhibent ad potum etiam æſtate, quàm poſſunt, calidiſſimam. Medicamentis utuntur crudis, acribus, & multo ſale conditis. Sanguinem nunquam mit-

ittunt. Argenti fodinæ locupletes, & ultæ, fruges raræ, præsertim vinum, oleum. Ex tritico, cujus proventus :ilis, non panem, sed polentam dunxat, offámque conficiunt, orizâ pro ne utentes.

CAPUT II.

Japonum Religio, & Sacrificuli.

A*Nnius.* Et potest tam acris ingenij gens ignorare verum Numen?

Nicanor. patulæ cuivis aures, quodet facile arripiunt. Religionis corrupla à Xaca, viro perdidissimo, mendaſſimóque in Japonem inducta. Hic cùm Sionis Regno eggressus per Sinas in Jaoniam venisset, reperissétque Japones on alios venerari Deos, quàm quos è egibus priscis vel hominibus heroico cinore claris, in Deorum numerum relissent, alios CAMOS, alios FOTOQUOS ctos; alios persuasit, à quibus futuræ tæ bona precarentur. A suis enim illis æsentis duntaxat vitæ emolumenta pebant, cùm unam eam nôssent. Exceus illicò benevolè, imò ipse cum Ami-., nescio quo, Principem inter FOTOQUOS

quos Deos locum obtinuit; novæ huju
ce ſectæ principia, ritúsque litteris co
ſignanda curavit; verùm tam obſcurè
tam implicatâ, nec ſibi conſtante oratio
ne, ut in multas eam partes interpretan
locus relinqueretur, ſicque fieret, quo
& factum eſt, ùt inde plurimæ inter
diſcordes, ac planè oppoſitæ naſcere
tur hæreſes, & eodem ſub tecto v
aliam, aliam uxor, liberi item, ac do
meſtici aliam profiteantur ſectam. Qu
bus omnibus flammas adjiciunt ſacerdo
tes Bonzij (quales, & in Sina reperi
plurimos) avarum, impurum, flagitio
ſum hominum genus, ſuperſtitione, cu
túque variè diſtinctum. Magno tame
apud omnes in honore partim, quia ſo
putantur callere artem placandi Numinis
& horrenda flagitia ſpecie pietatis obte
gunt. Multi eorum claro orti ſanguine
Omnes circumfluunt opibus è quæſtuo
pietate collectis. Alij in pagis, oppidis
que Parochorum inſtar degunt, alij ſe
quuntur militiam; quorum tanta multitu
do eſt, ut ad unius majoris campanæ ſo
num, conſcribere triginta millia militu
poſſint. Cultu corporis, quo in Euro
pa ſacri homines, & eremicolæ, pa
utunrur: cælibem vitam, ſed inter quo
tidianas impuritates profitentur; nuptiá

qu

ue iis contrahere capitale habetur. Sur-
unt nocte concubiâ excitati tintinnabu-
s, atque alternantibus in odæo choris
ırmina quædam è Xacæ libris decan-
ınt: quartodecimo quoque die populum
loquuntur è superiori loco: argumen-
ım dicendi è libro petunt, quem præ
: apertum habent, ac, tanquam nos bi-
lia, venerantur. Jactant inde Xacam, &
.midam aliquot annorum millibus aspe-
ım sponte duxisse vitam, ut secuturorum
ıluti hominum consulerent, ac eos qui
ıvocarent ipsos magnâ fiduciâ, utut de-
ctis refertos ab ipsis inferis eliberarent.
nplorationis autem, precúmque series
rbiculorum bene longo numero constat,
l quorum singulos gradatim invocatio
orum Numinum fieri debeat. His ad-
unt Academias, quas ad retinendam,
ercipiendámque sectarum disciplinam
ıultas, & in variis locis habent. Supre-
ıum Antistitem à nobilitate ùt plurimùm
:ctum agnoscunt omnes, qui adeò opu-
:ntis fruitur vectigalibus, ut cum profa-
is Regibus divitiis certare possit. Mea-
, quæ urbes inter Japonicas una præ-
ıpua est, domicilium ejus sanè magnifi-
um visitur, in quo idola supra trecenta
:xaginta sex numerantur, quorum singu-
ı ex ordine noctu ad ejus latus excubias

 ponè

ponè lectum agunt. Solent Bonzij chi-
rographa quædam vitâ migraturis largiri
quibus eos securos esse jubent de futura
vitæ felicitate, quódque nil post morten
à Dæmone metuendum superſit. Hæ
chirographa utut carò væniant, à pluri
mis tamen procurantur, & perdiligente
servata cum mortuis tumulantur, persva
ſis, eorum aspectu dæmones fugari. Se
ea decumana gentis cæcitas: quem tan
topere horrent dæmonem, ejus effigien
tetriorem longè, quàm nos, deformio
rémque depingunt, ei templa erigunt
variisque modis ab eo sibi illudi ſinunt
Persuadet enim nonnullis, ut postquan
certo dierum numero variis suppliciorun
modis se maceraverint, voluntariam sib
necem consciscant; conscenso navigio, &
alligatis ad brachia, pedes, lumbos, &
collum saxis, vel perforatâ de industri
navi, vel librato corpore se in alto mer
gentes; quod ubi coram advocata con
cione plaudente, & virtutem demirant
factum; navis à propinquis reducta con
festim crematur, nefas ratis, eam, qua
tantâ religione consecrata ſit, à quopian
deinceps vel contingi mortalium. Ve
rùm lumen veræ doctrinæ magni illiu
Francisci Xaverij operâ anno 1549. ipso
Assumptæ in cœlos Virginis festo die
cum

tum Cosmo Turriano sacerdote, & Joanne Ferdinandio Laico ejusdem Societatis JESU, eò delati, Japoniæ illuxit magno animarum commodo sive recenter jactam sementem Evangelicam, sive flores sementis, Martyrum purpuratos sanguine, consideres. Ast, Si ita lubet, Cocincinam, ut visas me ducem sequitor.

CAPUT III.

Cocincinensium mores, vestitus; ratio, & modus ædificandi domos.

NIcanor. Erat Cocincina, ut perhibent, pars olim Imperij Sinensis, quod ab occasu, & meridie tangit: Regio planitie ingenti, & ad mare declivi: cincta longo montium ad Boream, & Zephyrum jugo, è quibus fluviorum erumpit magna copia. Ipsa porrò gens indole commodâ, & perhumanâ, iracundiam in gravissimis numerat vitiis. Exteros familiariter, & benignè adhibent; inter se haud secus, atque amici, ac pæne fratres, versantur. Pascunt indigentes ultro, & sublevant ærumnosos. In observandis omnibus humanitatis officiis accurati sunt, ac propè molesti; quod à Sinensibus hau-

ferunt. Sedent humi vulgò in ſtorea, viris primariis datur aliquando cathedra, vel conopæum. Fæminæ utuntur veſte modeſtiſſimâ: ſericos pannos alios aliis ſuperinjiciunt, diverſi coloris ſingulos; primus, interiórque omnium longiſſimus, alter brevior, itémque tertius. Comam promittunt ad pedes uſque, hæc venuſtatis pars præcipua cenſetur. Ingenti petaſo caput obvallatur, incumbitque fronti ſic, ut oculi ultra paſſum tertium, quartúmve nequeant evagari. Paululum iſtos petaſos attollunt ſalutandi causâ. Virorum adſtricta ſunt femoralia; laxæ, patentéſque manicæ è bombycino panno. Cæſariem alunt, ut fæminæ: ſi verò nativam non habent, adſciſcunt arte, & uſque ad talos producunt. Barbam uberem paucis natura dedit: at quibus tantùm boni obtigit, cavent, ne pilum ejus, vel unicum perdant. Nobiles nunquam ungues ferro præſecant: hoc nobilitatis inſigne arbitrantur, ſéque ita ſecerni putant à populo, qui ne ungues creſcere ſinat, labore quotidiano prohibetur. Id in Europæis reprehendunt, quod comam ac barbam radant; eóque nomine Chriſtum Dominum initio laudabant vel maximè, quòd utramque ſemper aluiſſet. Cùm fluvij certis menſibus, ac ferè autumno

umno intumescunt, auctíque imbribus
iumum totam, ut Ægyptum Nilus, ope-
iunt, ac limo fertili saturant, tunc mu-
atur camporum facies, & terra, maris
ultum induit. Prodeunt ex urbibus in-
ligenæ, & è domibus in naviculas com-
nigrant: quibus ingredibili celeritate de-
recti, visunt inter sese, deportant huc
lluc merces, instituunt nundinas, agitant
convivia, & omne genus hilaritatis expli-
cant. Rex ipse pompâ navium eleganti
tipatus regnum lustrat, jus dicit, ludos
celebrat, ac fluitantem aulam inter lætos
Symphoniacorum cantus circumducit. Fa-
vet benigna tempestas mollibus favoniis
novum æquor benignè perflantibus. Læ-
titiam auget spes ampla messis, quam tel-
lus pingui uligine fœcundata, uberrimo
proventu reddit. Porrò, quia repentè
atque improvisò attollunt se, ac resta-
gnant fluvij, domos imponunt præaltis
columnis, greges locis editioribus pa-
scunt, qui nonnunquam tamen aquis ab-
repti hauriuntur. Itáque ad acuendam
servandi pecoris diligentiam, lata lex est,
ut quicunque deprehensas aquis pecudes
occupaverit, ad eum jure censeantur per-
tinere, dominísque suis perire. Hinc le-
pida oritur dimicatio effusis omnem in
partem venatoribus, ad invadendos, qui
 luctan-

luctantur cum undis boves, capras, porcos: quos ubi exceperunt, inter se epulantur. Nec juventus suâ caret venatione. Muribus enim, talpis, lepusculis, curculionibus abundant arva ingentia: oppletis aquâ cubilibus erumpunt, arborésque sæpè sic implent, ut deprimant ramos, ac rumpant. Læta puerili turbæ præda, facilísque ludus.

Annius. Sed, credo, multus labor illis in reædificandis domibus, quas tanta vis aquarum adesis carie columnis nullo negotio proruit.

Nicanor. Solerter huic incommodo natura parens, & author naturæ Deus providit. Crescit enim in Cocincinæ montibus genus arboris, Tin, dictæ, quæ corruptionis expers, sive humi defossa, sive aquis mersa; spissa adeò, & solida, ut ferri vice aliquando fungatur, præsertim in conficiendis anchoris. Ex quo nonnulli suspicantur, non alia fuisse ligna Tyina, de quibus sacri codices, quæque ad fabricam templi dicuntur à Salomone adhibita. Arborum altitudo eximia, enodis truncus, támque crassus, ut complecti homines vix duo possint, & ad amussim rotundus. Inde columnas indigenæ, quâsi factas à natura, sumunt. Iis in ordinem digestis imponunt domos, ita ut

per

er iſtos columnarum ordines comeare
:mbi poſſint. Columnis imponunt tabu-
s, tabulis ſtoreas ſuperſternunt, hæc
dium ſolum, & pavimentum ſunt. Pa-
etes ſimiliter è tabulis compacti, ſed du-
tilibus, quas æſtate removent, eorúm-
ue in locum ſufficiunt cancellos è junco
ontextos, ut perflare aër domum poſſit.
t quamvis ferinâ, & altili abundent,
œna tamen exquiſitiſſima oriza eſt, &
æc aquâ tantùm ſimplici macerata. Ve-
untur humi pedibus in decuſſim obliqua-
is. Cibi apponuntur in humili, & exi-
ua menſa; quot convivæ, tot menſæ;
ıſcinulæ quales apud Sinas. Lances py-
amidum in modum, turriúmque compo-
unt, ut in exiguo menſæ ſpatio ingens
apum numerus per illas pyramidum con-
ignationes diſpoſitus contineri poſſit:
'ini locò ex oriza ſtillatitium igne ſuc-
um exprimunt vino ſimillimum ſive co-
ɔrem, ſive vim inebriandi ſpectes. Huic
otioni vulgus indulget magno cerebri,
ɛ rationis detrimento. Modeſtiores eam
emperant liquore non inſuavi, quem ignis
eneficio eliciunt ex calambæ aſſulis aquâ
ıerſis. Delectantur etiam plurimùm Cia.
otionis id genus eſt, confectum ex aqua
alida, in qua Ciæ radicem coxerint: her-
a pectori, & ſtomacho amiciſſima.

CAPUT IV.

Cocincinensium bellandi modus, Commercia, Litteræ, Leges.

NIcanor. Hæc domestica hactenus nunc publica. Octoginta armatorum millia Rex facilè conficere dicitur. Bellum illi assiduum cum Rege Tunkini, cujus olim Cocincina fuit. Ampliùs centum triremes expeditas, & instructas semper habet. Nec laborat in conquirendi remigibus; nec eos tanquam facinorosorum turbam, ùt in Europa usuvenit, vinculis constrictam tenet; instante bello lictores, & administri regij clam oppida concursant, & quemcunque de plebe aptum tractandis remis nanciscuntur, hunc Regis nomine ad triremes deducunt, non valde reluctantem: nam in ipsis triremibus lautè remiges pascuntur, atque amplissima capiunt stipendia: & quamdiu domo absunt, ipsorum uxores, liberi familia omnis aluntur de Fisco. Nec tantùm sedent ad remum, sed pars pugnant, cùm res poscit, & strenuè dimicant. Triremibus utuntur minùs latis longísque, sed ornatissimis, & auro, argentóque micantibus. principem in tri-

rem

remi locum esse proram statuunt, in ea Ducis domicilium locant, quippe, qui præire cæteris debeat, ibíque locum, ubi plus periculi est, sortiri. Acinaces, & arma à Japonibus petunt, eáque excellenti modo temperata, equos Regio procreat, pumilos quidem, at acres & generosos. Tormentorum muralium magnam vim colligunt è Lusitanorum, & Hollandorum ratibus, ad sua littora naufragio ejectis: ea verò tam peritè displodunt, ut certare cum ipsis Europæi libratores non audeant; pro Loricis & Galeis clypeos plurimùm adhibent, sed grandiores, oblongos, habiles, & ita concavos, ut iis miles totus obtegatur, ac tanquam in turricula stet. Hos quàm scitissimè tractant, & hostiles impetus summâ declinant arte, locum interim faciendo vulneri aucupantes. Commerciorum oportunitas summa, tum propter Sinensium, Japonúmque vicinitatem: tum propter adeundi facilitatem: quippe in ora maritima centum patente leucas, quæ Regionis est longitudo portus quàm plurimi advenas velut invitant. Huc accedit indigenarum humanitas, exteros benignè accipientium. Regis indulto Japones, & Sinæ, ex quo partitam urbem condiderunt, Faifus nuncupatam: hæc amplissi-

ma, frequentissima. Pecuniæ materia orichalcum; forma, calculi rotundi est, valor teruncij nostratis: calculi singuli sunt in medio perforati, ac filo inserto connectuntur ferè quingenti, aut milleni simul. Europæas merces magno habent in pretio, acum nummo emunt: inaures chrystallinas non minoris: corallio maximè delectantur. Duas ipsi res in commercium conferunt, sericos pannos, & calambam. Bombix apud eos adeò pervulgata est, ut agrestes omnes incedant sericati: fila bombicina sunt illa quidem minùs subtilia, sed Sinicis firmiora. Calamba verò genus est ligni odorati. Arborem ipsam aquilam vocant. Hæc Senio confecta odoris suavissimi; & utilissima capiti, sed hujus ligni senis magna est penuria; quia nascitur in altissimis rupium verticibus, ubi puriorem auram, ac siderum suaviores velut halitus excipit. Tum populus truncos, antequam senescant, excindit, eximij quidem illos odoris, & pretij, sed longè deterioris, quàm cum carie, ac vetustate quasi putruerunt: idque ramale vetus ex aliquo montis inaccessi culmine delapsum auro constat, & regale munus est. Libra nummis ducatis quindecim æstimatur; delata verò in Japoniam ducentis. Rempublicam ex Japonia,

ponica, & Sinensi unam conflârunt; litteræ, & arma in pari pretio sunt. Morum scientiam cæteris disciplinis, nec immeritò anteponunt. In libris conscribendis Sinensibus characteribus utuntur, quorum numerus facilè ad octuaginta millia ascendit. At in sermone familiari, epistolis, actísque forensibus tria tantùm illorum millia usurpant, ut expeditior sermo currat. Viros de republica benè meritos sic remunerantur: assignant ipsis certum hominum numerum, à quibus tanquam Reges coluntur, armis, opibus defenduntur: eum in modum, quo hìc Dominum certi pagi, Comitem, Marchionem celebrari vides. Lautioribus licet plures concubinas, sed annuente conjuge legitimâ, adsciscere. Dotem ab uxoribus viri accipiunt, earum ædes incolunt, & fortunis sustentantur: neque ullam rei familiaris partem attingunt, nisi quòd interdum in ingentem procurrant campum sub urbis mœnibus, ibi torquendo jaculo, dirigendis ad signum plumbeis glandibus, acinace tractando exercentur, otiúmque consumunt. Licet nihilominus divortium facere, modo causæ graves intercedant. gravissimæ sunt in falsarios, latrones, & adulteros pœnæ constitutæ: qui alterum falsô accusat crimine, luit pœnam à legibus

bus positam crimini, quo alterum accusavit. Fur, si gravioris momenti est furtum, minuitur capite: si levioris, digito: si deprehenditur iterum in eadem noxa, plectitur altero digito; si tertiùm, auriculis, si quartùm, collo. de adulteris supplicium ita sumitur: eos extra pomerium educunt in vastam planitiem, spectante in orbem populo. Stat in medio elephas, tortor usitatus: illi sententia legitur, cujus hæc sunt capita: ùt sontem, quem ad pedes jacentem constrictis manibus, ac pedibus habet, proboscide arreptum, ac sublimè elatum ostendat multitudini: deinde ùt in altum jaculetur: tum, ùt relabentem dentibus excipiat, mox affigat humi, & conculcet.

CAPUT V.

Mira quædam de Cocincinensium belluis, avibus, & fructibus.

SEd quoniam te, Anni optime, tam cupidum sciendi, & patientem in audiendo experior, narrandis etiam magis applicabis animum. Elephantes Cocincinæ abundant, eorum molem ex dentibus æstima, quorum longitudo tredecim, sæpè

ſæpè & quatuordecim pedum eſt : ad itineera conficienda utiliſſimi. Quatuordecim homines in lectica prægrandi, dorſo impoſita, ſedentes ac tutos geſtant. Elephantis magiſter, & auriga (Nayrum vocant) cervici ejus inſidet, belluæ curſum regit, flectitque ùt plurimùm voce, & hac diſtinctâ, ac humanâ : interdum virgâ ferreâ quatuor pedes longâ, cujus in extremo ſtimulus eſt, ceſsantem pungit, urgétque, peccantem caſtigat incuſſo in frontem ter, quater fuſte valido. Ægrè admodum, ùt eſt moles corporis, incurvatur, & ſubſidit. Itaque in ejus dorſum ſcandentibus feſtinato opus eſt, quanquam ſcalam ipſe ſubminiſtret : primus ſcalæ gradus eſt, pes elephantis, alter genu, tertius armus, in quem ubi ſeſſor evaſit, arripit funem è lectica ſuſpenſum ; interdum proboſcide apprehenſos lecticæ ſolus infert ; priuſquum capeſſat iter, monetur à Magiſtro quo eundum, & quà, quibus in diverſoriis ſubſiſtendum, ubi pernoctandum ; ita monitus, dat ſe in viam, eamque carpit, quæ breviſſima : fluvios natando ſuperat, morantes in ſylva arbores hinc inde proboſcide projicit, aut falce ferreâ, quæ hunc in uſum è lectica pendet, quámque tractat dexterrimè. Eâdem utitur ad amputandos teneriores ra-

 mos,

mos, & arbufculas, quibus ferè pafcitur. Iidem oneribus vel graviffimis ferendis pares, & belli milites: fed poftquam à Lufitanis faces accenfæ objectæ funt, hæc generofitas deferbuit: nam igne territi, ductores fuos non audiunt. Cicures cum filveftribus gerunt inimicitias, fed ab his vulgò vincuntur: cum Rhinocerote etiam, fed feliciùs. Eft Rhinoceros mirum quoddam animal, corporis modus idem fermè, qui majoris apri; moles tamen rudior, & crura multò craffiora. Corpus latis folidísque fqammis, inter fe arctiffimè confertis, nigricantibus operitur. Illæ ocrearum in morem crura involvunt, & cuculli ritu vaftum caput, humerósque armant: unde à Lufitanis Monachus indicus dictus eft: rictus oris modicè hians, roftrum oblongum; in medio eminet craffum cornu, quod uri, tygrésque ipfæ reformidant. Ab eo cornu factum illi apud Græcos Rhinocerotis nomen; lingua inftar limæ, quidquid lambit, radit, atterítque: & quemadmodum animalia nonnulla in deliciis habent carduos, & urticas, quæ fuis aculeis nervulos eorum linguæ blandè vellicant: ita Rhinoceros horrentes fpinis grandibus fruticum hifpidorum ramos avidè carpit, nec inpunè tantum fubigit in ore, plectítque, fed velut opima fercula,

cupi-

cupidè comedit. In eo porrò, quod Elephanti cum Rhinocerote gerunt, bello, ſumma illorum cautio, & cura eſt, ne Rhinoceros elapſus inter ipſorum crura, ventrem ſuo cornu pertundat. Tum ùt ipſi alvum Rhinocerotis, quæ una vulneri patet (nam reliquum corpus ſquammis ferro durioribus tegitur) impacto dente lacerent.

Inter volucres quarum præſtantia, & copia illis maxima, hirundinum admirabile celebratur genus. Nidos in rupibus è ſalſa maris ad ſcopulos alliſi ſpuma componunt, quam nativo quodam ſtomachi ſucco temperant. Exſiccati vento, & æſtu nidi induunt colorem è viridi, & flavo miſtum, diluuntur, & macerantur aquâ, ſaporémque referunt velut è pipere, caſia, cariophyllo, cæteríſque præſtantiſſimis aromatibus conflatum, & ad omnes ciborum condiendorum formas aptiſſimum, adeò, ùt oleo, ſale, aceto facilè gens careat. Ejuſmodi nidos ſummo ſtudio cautibus avellunt; cymbas complures (tanta eſt copia) iisdem onerant, & & in vicinas oras convehunt. Hic Regis præcipuus quæſtus eſt, qui pretioſam mercem Japonibus, ac Sinis magno vendit; Nec fructibus ſuæ laudes deſunt. Ter quotannis metunt largè. Sed dignæ memora-

moratu ficus indicæ, quas bananes vocant indigenæ. Folia duo hominem totum obtegunt. In summo exstat uva quædam, viginti, triginta, & plures etiam baccas complexa, simillimas malis citrinis, , colore flavo, cortice mollissimo. Intus suavis ac flavescens medulla, quæ in ore liquescit, ac ritu sacchari solvitur. Tantam inter rerum omnium affluentiam, unum Cocincinæ defuit: cultus veri Numinis, hunc Franciscus Buzonius Neapolitanus è Societate JESU docuit, ipso Rege Cocincinæ invitante anno 1615. è Macaensi Collegio, ubi tum sacram docebat scientiam, profectus. Gratulatus hanc sortem Cocincinensibus Annius, & mox dicta ultrò citróque salute, in crastinum etiam, inquit, Nicanor experientissime, aliqua servemus: suadent nnnc sydera somnum.



DISER-



DISSERTATIO III.

De Canadenſibus, & Braſilis

CAPUT I.

Canadæ ſitus, Incolarum mores, ingenia, cultus corporis, opes.

NEcdum die alterâ primos radios orbi ſol infuderat, cùm Annius, licet importunus Nicanori futurus excitor, cubilis fores, ubi quieſcebat, pertentat: & opinionem contra ſuam vigilem reperiens bene, ait, tibi hâc die, imò, ſi per te liceat, mihi feliciter. Altero tantum atque heri, ex te ero doctior. Vis in ſuburbanum concedamus, ubi ſemoti ab arbitris, agamus ſi non liberiùs, hilariùs profectò. ad quæ Nicanor: ſcito, ait, in me nihil moræ eſſe, id tamen ſpondeo, alia longè quàm heri, ex me

me audies, fortaſſe etiam condolebis in tam ſævam barbariem aliquando delatum fuiſſe. Cui contra Annius, quod benè vertant ſuperi; tutè licet explica, & dolorem veterem tuum pectori meo ingere. Ac jam longius aliquantò ab urbis mœnibus proceſſerant, tum Nicanor, plusquam Myrmidonum, Dolopúmque genus, & duri militem Ulyſſis in Canadenſibus leges. Canada ipſa tertia pars Americæ eſt, Galliæ Regi ſubdita, & vaſta planities. Indigenis in hyeme ſylvarum luſtra, in æſtate virentes amnium ripæ hoſpitium dant; hæc piſcatus, illa venationum, & hæ ſummæ dæliciæ, occaſio. Pagos rari incolunt. Caſas fabricant infixis humi perticis; latera corticibus intexunt, pellibus, muſco, ramis operiunt faſtigia. in media caſa focus, in ſummo tecto foramen emiſſarium fumi, is ægrè eluctatus, totam ut plurimùm caſam ita opplet, ut coactis habitare in hoc fumo advenis, ſæpè oculorum acies obtundatur, & hebeſcat, barbaris ad hæc ridentibus. Domeſticæ rei cura, & quidquid in familia laboris eſt, imponitur fæminis. Illæ domum figunt, & refigunt, aquam, & ligna devehunt, cibos apparant; vicem & locum mancipiorum, opificum, & jumentorum implent. Venationis & belli cura virorum

eſt,

ſt, hinc gentis ſolitudo, & paucitas. Aulieres enim, cæterùm ſat fœcundæ, his iſtractæ laboribus, neque maturos edere queunt fœtus, neque alere jam editos: táque aut abortum patiuntur, aut partus ecentes deſtituunt; aquationi, lignatio- i, cæteríſque laboribus intentæ, vix ùt rigeſimus quisque infans adoleſcat.

Domi ſuæ colunt pacem, rixásque di- genter cavent, niſi quas ebrietatis impo- entia excitavit. Hanc peſtem ab Europæis cceperunt. Munificentiæ famam aucu- antur. Sua largiuntur ultrò, ablata vix epetunt, nec fures aliter, quàm riſu, & mnis ulciſcuntur. Si quem orbatâ ſimul- ite, nefariè quidpiam moliri ſuſpicantur, on minis deterrent hominem, ſed donis. Iiſerorum egeſtatem benignè ſublevant, iduarum, ac ſenum ſuſtentant orbitatem, iſi cum ſenio ætas victa marcet, vel orbus gravior incidit: tunc enim ab- mpere infelicem vitam ſatius arbitrantur, uàm producere. Quæcunque calamitas gruat, nunquam ſe dimoveri de animi anquillitate patiuntur; quâ prudenter fe- citatem potiſſimùm definiunt. Inediam ultorum dierum, morbos, ærumnas le- iſſimè & conſtantiſſimè perferunt. Ipſos artus, dolores licet acerbiſſimos, ita diſ- mulant fæminæ, vel ſuperant, ut ne in- gemi-

gemiſcant quidem : ac ſi cui lachryma, vel gemitus excideret, æternâ flagraret ignominiâ, neque virum, à quo duceretur, inveniret. Nihil unquam amicus cum amico, uxor cum viro, aut contra, queritur, & expoſtulat. Liberos mirâ charitate complectuntur; ſed modum non tenent: in eos enim neque animadvertunt ipſi, neque ab aliis animadverti ſinunt. Hinc petulantia puerorum, & ferocitas quæ, poſtquam ſe corroboravit ætate, in omne ſcelus erumpit. Par cum civibus atque popularibus aliis comitas. Si qui amariore joco quempiam momordit (nam dicaces vulgò ſunt, & in jocos effuſi belle diſſimulant, aut vicem reponunt, & abſentes remordent; nam præſentes cavillari, aut dictis inceſſere, religio eſt. Non aliud convicium regerunt laceſſiti quàm, ſi hominem ingenio carere dicant. Nec temerè ingenij laudem ſibi vendicant. Nemo inter illos tardus, ac hebes, quod nativa illorum in deliberando prudentia & in dicendo facundia declarat. Audi quidam ſæpè ſunt tam appoſitè ad perſuadendum perorare, idque ex tempore, ùt admirationem exercitatiſſimis in dicendi palæſtra moverent.

Reſpondet ingenio corpus proceritate formoſum, robore validum. Idem q

Ga

ïallis color, tametsi corrumpant illum un-
uine, & oleo putri, quo se perungunt;
ec non pigmentis variis, quibus sibi
ulchri, nobis ridiculi videntur. Alios
ernas naso cæruleo, genis verò, & su-
erciliis atratis: alii frontem, nasum, &
enas lineis versicoloribus discriminant.
'otidem larvas te intueri, Anni, putares.
jusmodi coloribus credunt se hostibus
sse terribiles, suum pariter in acie me-
um, quasi velo tegi: den um pellem
sam corporis indurari, ad vim hiberni fri-
oris facilius tollerandam. Præter istos
olores induci pro cujusque libidine, ac
eleri solitos, non pauci stabiles, ac per-
etuas avium, aut animalium, puta ser-
entis, aquilæ, bufonis imagines cuti im-
rimunt hunc in modum: subulis, cuspi-
ibus, aut spinis collum, pectus, genas-
ue ita pungunt, ut rudia rerum istarum
neamenta effingant: mox in punctam,
: cruentam cutem immittunt atrum è car-
one comminuto pulverem, qui cum san-
uine concretus, impressas effigies ita in-
rit vivæ carni, ut eas nulla temporis
iuturnitas expungat. Nec usurpatur hæc
sania sine periculo interdum; maximè
um tempestas frigidior, aut debilior cor-
oris constitutio est. Tum enim dolore
cti, licèt eum ne gemitu quidem signi-
ficent,

ficent, linquuntur animo, & sæpè exani-
mes concidunt. Laudant oculos exiles
labra repanda, & prominentia: pars ra-
dunt comam, pars alunt: his nudum sin-
ciput, illis occiput: aliis coma tota su-
rigitur in vertice, aliis parcè ad tempo-
utrinque propendet, barbam instar mon-
stri execrantur, ac si quis in mento suo
crescat pilus statim vellunt. Viri æqu-
ac fæminæ imas auriculas pertundunt, u-
iis inaures è vitro, testísque piscium in-
serant. Quo foramen ampliùs est, e-
censent formosius. Ungues nunquam re-
secant, Europæos rident, qui defluente-
è naribus humorem candidis sudariis ex-
cipiunt, & quo, inquiunt, rem adeò for-
didam reservant isti? saltantes curvant a-
cuatim corpus prono capite, & brachia s-
agitant, ut qui farinam manibus subigunt
raucum identidem grunientes. Alvum in-
fimam succingunt lato cortice, vel an-
mantis pelle, aut versicolore panno, ca-
terà nudi. Fæminæ pelles ex humeris
collo promittunt ad genua, storeas
marisco (junci marini genus est) sat
eleganter elaborant, iis pavimentum ste-
nunt, in iisdem carpunt somnum, aut
vitulorum marinorum, fibrorúmque mo-
libus exuviis. Dormiunt circa focum
mapali medio semper ardentem, si frig-
est

ſt: ſub dio, ſi æſtas; Menſam, ſedém-
'e in caſa tota videas nullam: in clunes
ubſidunt, Simiarum inſtar; is veſcentium,
leliberantium, & confabulantium habitus
ſt; adeuntes amicos ſalutant inepto riſu,
æpius ho, ho, hohoho clamantes. In-
er veſcendum, potum dapibus non inter-
niſcent, ſed ſemel ſumpto cibo: qui ami-
os convivio accipit, cum iis neque accum-
it, neque ciborum partem ullam attin-
it, ſed epulantibus dividit, aut ſi quem
dhibet ſtructorem, ſedet jejunus ſeor-
m ipſe, & ſpectat. Inter edendum ſi-
nt, ſalem averſantur, & condimenta:
ſſa canibus projicere, piaculum arbitran-
ır: igni hæc cremant, aut terræ info-
iunt. Si enim, inquiunt, urſi, fibri, & aliæ,
uas venando captamus, feræ oſſa ſua per-
itti canibus, & comminui reſcirent, non tam
cilè ſe capi permitterent. Adipem è
nguibus collectum cibis, abſtergunt co-
â, genis interdum, brachiíſque allinunt,
egantiæ, ùt ajunt, causâ, & valetudinis:
m adipe non ſolùm nitere cutem, ſed
orroborari membra exiſtimant. Veſcun-
r ſegamitâ cupidiſſimè, pulmentum eſt
farina, præſertim indici tritici confe-
um, admiſto, quod illis condimentum
æcipuè ſapit, oleo. Itáque in convi-
is pars dapum prima, oleum aut adeps,
in

in quem concretum, & ſpiſſum ita den
tes infigunt, ùt nos in panem, aut po
mum. Antequam illis lebetes, cortinæ
aliáque id genus vaſa ærea deferrentur
Gallia, utebantur cacabis è cortice com
pactis: verùm quia flammis imponi no
poterant impunè, hanc ad coquendas ca
nes artem excogitârunt. Silices plurimo
in ignem conjiciebant, candentes in olla
frigidâ plenam, & carnibus, alios, atqu
alios ſubinde immittebant. Ad hunc mo
dum aqua calefacta carnes citius opinio
ne, faciliúsque percoquit. Abſtergu
manus piloſo canum tergo, aut ſcobe li
ni putris. Hæc etiam vice culcitræ la
guidis corporibus ſubſternitur. Vaſa co
quinaria quo pinguiori magis adipe oblit
eò melius, eorum judicio, nitent. Tu
pe ducunt, & ſuperbum ambulare int
colloquendum. Tamdiu eſſe pergun
dum adeſt, quod edant, nihil in craſtinu
aut hyemem reponentes. Nec famem r
formidant; quia diuturnæ patientes. co
vivii ea lex poſita conſenſu, moribúsq
gentis eſt; ùt omnia fercula conſuma
tur. Si quis edit parciùs, & excuſat v
letudinem, plectitur, aut ejicitur, ut
ſulſus, quaſi qui vivendi artem neſci
Prima ſupellectili domeſticæ pars, ol
ſive ahenum eſt, in quo carnes coquu
Op

Opes lebetum numero metiuntur. Nec
Regem Galliæ initio aliam ob caufam mag-
ni æftimabant, quàm quòd plures habe-
re ollas dicebatur.

Annius. Infignis enim verò ftultitia
gentis, opes Regias ex ollarum numero
metiri.

Nicanor. Modeftos tantummodo Ca-
nadenfes fpectâfti, & adhuc humanos di-
ceris; nunc feras fateberis.

CAPUT II.

Crudelitas in captos belli, pugnandi modus, Ars medica.

Nicanor. In prælio maximè ftudent,
vivos ùt hoftes capiant, captis, &
. fuos abductis pagos primùm veftes de-
trahunt, deinde ungues crudis dentibus
evellunt, tum palo alligatos verberant ad
satietatem: mox vinculis folutos cogunt
e, ac redire geminum inter ordinem ar-
matorum fpinis, fuftibus, & ferramen-
tis: denique accenfo circum foco lentis
ignibus miferos torrent; interim torofas
carnes fodicant candentibus verubus; aut
incifas, & femiuftulatas, fanie fluentes,
& fanguine, vorant. Nunc tædis arden-

E tibus

tibus totum corpus, ac præsertim hiatus vulnerum pertentant: nunc detractâ capitis cute inspergunt nudæ carni favillam, & fervidos cineres: nunc brachiorum nervos, ac pedum vellunt, lancinant, aut hebeti secant lentè ferro, direptâ parumper cute in pedis malleolo, & manû carpo: sæpe cogunt captivum infelicem ingredi per subjectos ignes, aut frust suæ carnis mandere, ac vivo sepulchro condere. Et hanc carnificinam extrahun in multos dies; usquedum novis cruciatibu tristis victima suppetat: intermittunt eos dem aliquando, donec ad extremùm fa tiscant corpora, & concidant. Tunc é pe ctore cor evellunt, torrent subjectis pru nis, & cruore conditum juvenibus avid comedendum objiciunt. si captivus sup pliciorum acerbitatem generosè fuerit per pessus, ùt viri fortis, inquiunt, mascu lum robur juventus bellatrix combibat Laudatur, qui rogos, cultros, vulnera in retorto vultu aspexit, & exceperit; qu non ingemuerit, qui risu cantúque tor toribus illuserit: nam canere tot inte mortes, amplum ac magnificum esse pu tant. Itaque cantilenas ipsi multò ant componunt, quas capti, si sors ferat, re citent. Reliqua multitudo cadaver absu mit in ferali convivio: Dux reservat

verticis pellem cum coma monumentum
toriæ, trophæum crudelitatis. Porrò
la temere, ac ferociter suscipiunt, nul-
sæpe, aut perlevi de causa. Duces
nmuni suffragio legunt, eósque vel fa-
liarum præcipuarum natu maximos, vel
orum virtus bellica, aut etiam eloquen-
perspecta sit. Civili bello nunquam
er se concurrunt, sed arma in finiti-
s tantùm movent; neque imperii, aut
ionis proferendæ causa, sed ferè, ut
tam sibi, aut fœderatis injuriam ulcis-
ntur. Gladios, & gravidas nitrato pul-
re fistulas, à Batavis, & Anglis acce-
re, quibus armis freti, certiùs & au-
ciùs in hostium perniciem conspirant.
erdum bella singulari certamine finiunt.
mina duo, hinc Montanorum, quos
cant, inde Iroquæorum constiterant vice
âdam, velut in procinctu. Duces ante-
essi jam designabant locum ad aciem ex-
candam, cùm unus alterum sic allocu-
s fertur: parcamus nostrorum sangui-
, imò nostro: manibus nudis rem aga-
us; uter alterum dejecerit, is vincat.
acuit conditio, manus ambo conferunt.
ontanus Iroquæum ita delassavit, do-
m, artémque virtuti miscens; ùt humi
enique prostratum ligaverit, impositúm-
ue humeris ad suum agmen victor detu-

 lerit;

lerit. clypeos conficiunt è ligno dolato
plerumque cedrino, paulùm ad oras in
curvos, leves, prælongos, & peramplo
ita, ùt totum corpus obtegant, néve j
culis, aut fecuribus diffiliant, eos reft
bus intùs confuunt, ex animalium cori
contextis, quæ totam clypei molem co
tinent, connectúntque: funem, ex qu
pendet clypeus, rejiciunt in dextrum hu
merum, & latus corporis finiftrum cl
peo protegitur; mox ubi jaculum emif
runt, aut ferream difploferunt fiftulam
paulùm retrahunt dextrum latus, ac fin
ftrum vertunt hofti.

Annius. Si hæc ita, ùt memoras
quis Podalyrius malè habentes ex crud
dapibus relevet?

Nicanor. Nunquam illi Gallum Æfc
lapio obtulerint; & alias caufas, ac nos
morborum fomniant: quarum maxim
duas ftatuunt: unam ex ipfa ægrotant
mente ortam, quòd defideret quidpiam
ac tamdiu corpus ægrum vexet, dum r
defideratâ potiatur. Putant enim inef
in hominum uuoquoque innata quæda
defideria, fæpe ipfis ignota, quibus fin
gulorum felicitas contineatur. Ad eju
modi defideria, & innatas appetition
cognofcendas adhibent hariolos, quibu
hanc divinitùs conceffam facultatem arb
tra

ntur, ut animorum intimos recessus
rvideant. Nec dubitant parentes, ami-
, consanguinei ægrotantis, quidquid il-
l sit, quantivis pretii, comparare, ac
giri ægro, nunquam postea reposcen-
m. Ille dono fruitur, & lucri partem
riolis aspergit, ac sæpè postridie vitâ
lit. Vulgò tamen levioribus tentati
orbis revalescunt: nam in gravibus ti-
di sunt præstigiatores isti, negántque
periri posse, quid ægrotus desideret:
n eum depositum conclamant, autho-
que sunt consanguineis, ut hominem
lant è medio. Ita longiori morbo ve-
tos necant, aut senio fessos; eámque
aritatem summam interpretantur; quia
ors languentium ærumnis finem imponit.
ndem benevolentiam exhibent pueris
batis parentibus, quos nullos esse ma-
nt, quàm miseros. Alterum morborum
ntem censent veneficorum occultas artes,
præstigias, quas ridiculis cærimoniis
nantur averuncare. sæpe noxios humo-
ejiciunt sudando. Certum casæ locum
rticibus includunt, ac tegunt pellibus,
quà possit aër aspirare. Intro conge-
nt lapides igne multo saturos. Subeunt
di, & brachia cantitantes jactant. Sed,
od mirêre, ab his thermis egressi, &
lore diffluentes, hyeme perfrigidâ in

lacum, aut amnem ſe injiciunt, de Ple
ritide ſecuri.

CAPUT III.

Quod Numen, & quali Religi ne colunt?

Nicanor. Ex moribus, Anni, religi nem interpretêre; hujus apud C nadenſes nulla lex, nulla cura. Num tamen eſſe aliquod, velut in ſubluſtri n cte vident, quod quiſque puer aſpicit ſomnis, cùm luceſcere incipit ratio: h illis deinceps Numen eſt: canis, urſus, avi vivendi normam, ut agendi, plerúmq ducunt è ſomnis: ut ſi quem interficie dum, exempli cauſa, ſomniaverint, n quieſcunt, donec hominem inſidiis ci cumventum, necaverint. Deſtinatum an mabus verſus occidentem ſolem pagu credunt, in quem obitâ morte ſe rec piant: & ubi epulis, venationi, & ch reis indulgeant: nam animam immort lem eſſe arbitrantur. Quam etiam, cù à corpore ſolvitur, evolare putant p camini ſpiraculum, ac ne moras trahat c ſæ priſtinæ deſiderio, nec puerorum al quem diſcedens afflet, hoc afflatu vide

e

et moriturum, ut putant, crebro fuſte
undunt parietes tugurii, ùt eam citiùs
xire compellant. Ne porrò emoriatur
ame, magnam vim ciborum infodiunt
um corpore, veſtes, ollas, variámque
upellectilem magno ſumptu, & multorum
nnorum labore conquiſitam; út iis uta-
ur, inquiunt, & decentiùs verſetur in
egno mortuorum. Cadavera nunquam
efferunt per caſæ januam, ſed in eam par-
tem, in quam converſus æger exſpiravit.
Sepulchra nobilium exſtant, paulùm ab hu-
mo; iis perticas in modum pyramidum
compactas imponunt; aurum addunt, ſa-
gittas, clypeum, & alia militiæ decora:
fæminarum verò tumulis torques, & mo-
nilia. Infantium corpora ſepeliunt pro-
pter viam, ùt eorum anima, quam ab ip-
ſorum corporibus abire longiùs non pu-
tant, illabatur in prætereuntis alicujus fæ-
minæ ſinum, & adhuc informem animare
fœtum poſſit. In luctu vultum inficiunt
fuligine. Moniti de funere affines, vici-
ni, & amici concurrunt in funeſtum tugu-
rium. Unus aliquis, ſi mortui conditio
ferat, verba facit, tam appoſitè, ùt, quæ
ad leniendum dolorem à dicendi Magiſtris
adhiberi ſolent, omnia congerat: addit
demortui laudibus monitum; hominem
eum natum fuiſſe, atque adeò morti ob-

noxium: quique casus emendari nequeunt, fieri patientiâ leviores. Tertio die funus initur. Epulum funebre apponitur toti pago, singulis suam symbolam, nec malignè conferentibus. Hujus epuli causas afferunt maximè tres: primam, ùt communem mœrorem leniant; alteram, ùt qui amici peregre ad funus veniunt, accipiantur honestiùs; tertiam, ùt gratificentur exstincti Manibus, quem eâ liberalitate delectari existimant, & appositis etiam dapibus pasci. Peracto convivio Præfectus funeris, quem in singulis familiis clarioribus certum, atque insignem habent, adesse tempus exequiarum proclamat. Omnes continuò lamentari, & ullulare. Effertur cadaver propinquorum humeris, intectum fibrinis pellibus, in feretro è corticibus, juncísque confecto, collectis in globum artubus, ut eo modo terræ mandetur, inquiunt, quo in alvo materna olim jacuit: deponitur feretrum in constituto loco; munera, quæ quisque offert mortuo, præfiguntur perticis: & appellantur eorum authores à funeris Præfecto: instauratur planctus; denique juvenes ludicro certamine inter se dimicant.

Majori sepeliuntur apparatu, & luctu aquis extincti. Horum cadavera laniantur: carnium pars cum visceribus crematur

tur igni. Id sacrificii quoddam genus est, quo placare cœlum contendunt. Iratum enim genti non dubitant, cùm in aquis quispiam perierit: ac si quid rite, atque ordine peractum in istis funeribus non fuerit, huic piaculo calamitates omnes, quibus postea conflictantur, acceptas ferunt. Lugent anno integro: primis diebus decem jacent humi diu, noctúque in ventrem proni, nec vox alia, quàm doloris auditur: ignem accedere, conviviis interesse nefas. Remissior planctus anno reliquo: urbanitas, amicorum colloquia negliguntur; ac si conjugem amiserint, cœlibes; donec annus fluxerit, perstant. Post octavum, aut decimum quemque annum Hurones, natio latè patens, omnia cadavera certum in locum ex omnibus pagis deportant, & in foveam prægrandem conjiciunt, eum diem mortuorum vocant. Ne verò memoria Nobilium, & arte præsertim bellicâ insignium, qui prole carent, intercidat; eligunt aliquem ætate, ac robore florentem, cui demortui nomen imponunt. Ille militum statim delectum habet, ac bellum capessit, ùt præclaro quopiam edito facinore, probet se non tantùm nominis, sed etiam virtutis ejus, cui substituitur, hæredem esse. Inferioris notæ nomina æterno silentio dam-

nant. Itaque simul, ac in pago quispiam è vita cessit, ejus nomen altâ voce pronunciatur per omnes casas, ne quis illud temere usurpet. Quòd si mortuum tamen appellare necesse fuerit, utuntur verborum circuitione, & præfantur quidpiam, quo mortis ominosa memoria leniatur; ídque, si omittatur, accipiunt in gravem contumeliam: neque atrociori maledicto vulnerari filium, aut parentem posse putant, quàm si huic filius, illi parens mortuus fuisse exprobetur. Hæ insaniæ Canadensium sunt, quas tamen anno 1608. jubente ipso Rege Galliæ Henrico IV. duo è Societate JESU Sacerdotes emendârunt; qui cùm primùm de sempiternis ignibus, & incendiis sceleri destinatis dicerent, immanè quantùm obstupuêre barbari, fidémque pertinaciter abrogabant, quòd dicerent, ibi ignem esse non posse, ubi nihil ligni sit: tum, quæ nam sylvæ alere tot ignes, tam diuturnos possent? & hæc ratio ineptissima tantam vim apud barbaras mentes habebat, ut iis persuaderi veritas Evangelica non posset; audivi à depontano senecione quodam, cùm ibi agerem, quàm sanè lepidè pertinaciam expugnârit sacerdos acer, & ingeniosus. Fidenter affirmat inferorum terram vices obire ligni, & ipsam ardere per se se. Contra ri-

ſu barbaræ multitudinis excipitur. Ille rurſus, imò, inquit, hujus avernalis terræ fruſtum proferam vobis, ùt quoniam verbis divinis non creditis, veſtris ipſi oculis credatis: his accenſa magis curioſitas. Convenitur igitur è tota Regione ad diem conſtitutum; circum ingentem planitiem colles inſtar amphiteatri cinguntur à conferta multitudine. Primores gentis duodecim lecti viri graves, & cordati, qui ſacerdotem obſervent, num quid fraudis, aut præſtigiarum lateat: ille ſulphuris glebam depromit, dat iſtis arbitris, & cognitoribus tractandam. Hi oculis, naſo, manu ſcrutati, haud dubiè terram eſſe pronunciant. Aderat olla cum prunis candentibus; in hanc ſacerdos populo procul ſpectante, inhiantibus, demiſſo in prunas naſo, judicibus, excutit in carbones è ſulphurea gleba particulas aliquot, quæ ſubito concepto igne, odore fœtido nares curioſas implent. Hoc iterum ac tertiò cùm fieret, aſſurgit multitudo attonita manum planam imponens ori, quo geſtu ſummam admirationem teſtantur, & inferos eſſe dicenti Deo credunt.



CAPUT IV.

Quibus rebus abundet Canada?

A*Nnius.* Felices, quibus umbratiles inferos explorare naribus, & oculis licuit. Gens cæterùm & egens & barbara.

Nicanor. Utrúmque facilè concesserim; quamquam nec illis favit vultu fortuna admodum sinistro. Fluviis duobus majoribus alluuntur; unum indigenæ Canadam nominant, à quo toti regioni nomen: alteri, nomen Missisipus. Hoc singulare hujus regionis habent fluvii, quod editiore ex loco tota aqua fluminis ita sæpè cadat, ut infra suspensum altè amnem sicco vestigio transire liceat. Lepida de pisce quodam, Causaro dicto, narrantur: reperitur in Iroquæorum lacu; octo pedes longus, aliquando decem: crassitudo humani femoris; color leucophæus, candido tamen propior; squammis totus horret tam duris, támque validè consertis, ut aciem pugionis, & hastilium excludant; caput amplum, & cranio præduro, tanquam casside munitum: hinc piscis armati nomen illi à Gallis inditum: & verò perpetua cum aliis piscibus

bus bella gerit, quorum exitio paſcitur. Pro telo roſtrum immane gerit, humani brachii longitudine, gemino dentium ordine inſtructum : hoc venabulo non ſolùm reliquos mactat piſces, verùm etiam avibus, cum mutare dapes cupit, inſidiatur, & illudit: eam ob rem occultat ſe inter carecta, roſtrum exertat aquis, & pauliſper diducit, ſic perſtat immotus, donec accedant volucres, & incautæ roſtro inſideant, arundinem, aut virgultum ratæ : continuò perfidus inſidiator miſſellarum pedes contracto roſtro ſtringit, & in gurgitem demerſas vorat.

Volucrum non minor copia, quàm piſcium. certis menſibus palumbes è ſylvis prorumpunt in agros tanto numero, ut arborum ramos prægravent, quibus poſtquam inſederunt, noctu facilè capiuntur, & barbaras menſas opimo ferculo cumulant. Præterea in vaſtiſſimo ſinu, in quem evolvit ſe flumen Canada, cernitur exigua Inſula, ſeu potiùs biceps ſcopulus; Inſulam volucrum dicunt. Tot enim eò convolant è finitimo pelago, ut inire numerum nequeas. Indigenæ fuſtibus prædam non difficilem comminuunt, aut pedibus conculcant, cymbásque lautis dapibus, & inemptis plenas referunt. anſeres, anates, ardeæ, grues, olores in aquis paſſim ludunt. Eſt

Eſt & in aquis animantis genus illic notiſſimum, & frequentiſſimum, Fiber; cujus pelle cum Europæis mercibus mutanda commercii Canadenſis ratio ferè tota conſtat. Color caſtaneæ colorem imitatur, modus corporis idem, qui exigui vervecis, curti pedes, & ad natandum compoſiti; nam in aquis perinde, ac in terra degit; cauda glabra, craſſa & plana, quæ natanti pro gubernaculo ſit: dentes duo majores cæteris, ex ore utrinque prominent. Iis tanquam gladio, & ſerra utuntur ad arbores excindendas, cùm domos conſtruunt, in iis fabricandis mirè induſtrii. Has ponunt ad lacuum, fluviorúmque ripas: muros è ſtipibus componunt, interjecto ceſpite uliginoſo, ac tenacis calcis inſtar, vix ut multâ vi opus convelli poſſit. Tota caſæ fabrica variis contignationibus diſtinguitur: infima è transverſis lignis craſſioribus conſtat, inſtratis deſuper ramis, ac relicto foramine, & oſtiolo, per quod in fluvium ſubire, cùm videbitur, poſſint. Hæc modicè ſupra fluminis aquam exſtat, aliæ aſſurgunt altiùs, in eásque, ſi fluvius intumeſcens imum tabulatum vicerit, ſe receptant. In una è ſuperioribus contignationibus cubant: præbet molle ſtratum alga ſiccior, & arborum muſcus, quô ſe tutan-

tantur in frigore; in altera penum habent, & provisa in hyemem cibaria. Ædificium fornice concluditur. Sic hyemem transigunt: æstate opacum in ripis frigus captant, aut undis immersi calores æstivos fugiunt. in una sæpè domo multorum capitum familia stabulatur. Quod si loci premantur angustiis, discedunt juniores ultro, & sua sibi domicilia moliuntur. In eam curam incumbunt sub prima autumni frigora, & mutuas sibi invicem operas commodant tum ad secanda ligna, tum ad comportanda, ita, ùt plures uni, eidémque succedant oneri, & ingentia ramalia, nemorísque stragem devehant. Si quem fluvium nancifcuntur ad suos accomodatum usus, non tamen satis alto gurgite, struunt aggerem coërcendis aquis, donec ad idoneam altitudinem assurgant. Ac primò quidem arbores grandiores arrodendo dejiciunt, deinde transversas ab una ripa ducunt ad alteram. Duplicem ordinem arborum faciunt, relicto inter illas sic positas spatio sex ferè pedum; quod refertiunt cœmentis, argillâ, ramis, tam solerter, nihil ut perfectius à summo architecto expectes. Operis longitudo major, minórve est, pro fluvii, quem coërcere volunt, modo. Ducentorum aliquando passuum ejusmodi aggeres reperti,

ti. At ſi amnis plùs juſtò intumeſcit, diffringunt aliquam molis partem, ac tantùm emittunt aquæ, quantùm ſatis videtur.

Inter ſylveſtres quadrupedes alces eminet. Magnam belluam indigenæ appellant. Id nominis à mole corporis invenit. bovem enim æquat magnitudine, mulum capite refert; cervum cornibus, pedibus, & caudâ; eam canibus immiſſis barbari agitant, defatigatam conficiunt jaculis. Si deſunt venatici canes ipſi vicem eorum obeunt: per medias quippe nives incredibili celeritate gradiuntur, ac ne corporis pondus veſtigia pedum altiùs in nivem deprimat, ſubſternunt plantis, inſerúntque pedibus lata reticula, illis ſimillima, quibus pilam luſores vulgò pulſant. Hæc reticula ſpatium nivis ac ſoli ſatis magnum amplexa, currentes facilè ſuſtinent. Alces verò crura exigua defigens altè in nivem, ægrè ſe expedit. Illius carnibus veſcuntur, teguntur pelle, ungulâ poſterioris ſiniſtri pedis ſanantur. Hujus mira, & multiplex virtus medicorum celeberrimorum teſtimonio: valet inprimis adverſus morbum comitialem, ſive admota pectori, qua parte cor micat: ſive indatur palæ annuli, quem digitus lævæ, minimo proximus geſtet: ſi demum tenea-

teneatur in ejusdem sinistræ compressa vola, eadem curat pleuritidem, vertiginem capitis, & sexcentos alios morbos. In summa: humus omnium arborum, plantarúmque feracissima; cœlo salubri, at hyeme vexatur perfrigidâ, & diuturnâ. Sed nos Canadam relinquamus, ignotas Romanis etiam Veteribus, qui nequicquam domitores orbis audiebant, terras lustramus: juvat in his longiùs evagari.

Annius. Juvat? imò volupe est interdum peregrina monstra inspicere, ne nobis blandiamur domesticis.

CAPUT V.

Brasiliæ situs, forma, Indigenarum mores, ritus, ingenia.

NIcanor. Ne porrò nescias id, quod nôsse tua interest, universam Americam reliquis tribus orbis partibus amplitudine propè parem esse; & unam ex hujus Provinciis, aut mavis, terrarum tractibus Brasiliam, ferarum potiùs lustrum, quàm hominum receptaculum. Hæc trianguli formam refert, & uno latere Hesperiis Æthiopibus objacet, altero jugis montium adeò celsis clauditur, ùt ipsos avium volatus fatigare dicantur: extremo angu-

angulo ignotas ad meridiem regiones tangit. Regio pluribus in locis inamœna; cœlo tamen jucundo, temperatóque, fontibus paſſim, fluviiſque inclyta. Homines colore ſubnigro, capillo molli, nigro, promiſſo, cæteris partibus expilatis. Leges nullas, nullam rempublicam agnoſcunt, præterquàm, quæ in qualibet privata familia ex cognatis, & neceſſariis coaleſcit, ſeniſſimo, eorum Patre familias. Litteras non nôrunt, nec ulla religione tenentur. à prima ætate inſertos inferiori labro geſtant lapillos decoris causâ, nobis tetro ſpectaculo. Laborum, ac inediæ adèò patientes ſunt, ùt triduo, ſi cibis deſtituantur, jejunium protrahant; contra ſi eorum copia ſuppetat, à primis tenebris ad inſequentem uſque lucem in convivio, ac compotatione perſiſtunt. panem ex radicibus, quas Mandiocam appellant, conficiunt: vinum vel ex iisdem, vel ex milio, aut variis pomorum generibus exprimunt. Adventantes amicos, charósque circumdatis collo brachiis, acclinato ad pectus ſuum hoſpitis capite cum effuſa comploratione excipiunt, laborem itineris, & incommoda altis ſuſpiriis miſerantes: mox ſiccant oculos, habéntque lachrymas in poteſtate. Cùm viſum fuerit peregre proficiſcuntur gregatim, ordine

ſim-

ſimplici, ſilentio miro, uxore virum præcedente. nec fæminæ à partu multum dolorem ſentiunt; vix enim prolem enixæ, ad curas domeſticas confeſtim exſurgunt, earum loco ad dies aliquot, velut ægris, viris ipſarum decumbentibus; quo tempore hi officii causâ à propinquis, amicísque inviſuntur; ſorbitiunculis ad reſtaurandas vires datis, aliísque bellariis, & munuſculis honorantur. Connubia autem ipſa apud ſingulos plura, nec amore, benevolentiáque diuturniora. Ad iram vehementer propendent, & leviſſimâ quaque offenſione cientur protinus ad ſaxa, baculósque, aut cominùs ſe mordent, & dilaniant. In pungentes beſtiolas excandeſcunt perinde, ac homines, síque aliter ulciſci nequeunt, deglutiendo in ventrem trajiciunt. Linguâ utuntur non admodum difficili. beneficia accepta facilè oblivioni tradunt. Filiæ non parentum, ſed fratrum reverentur imperium, quas, cùm placuerit, venales exponunt, & cùm pecunia careant, pro rebus, quas concupierint, permutant.

Ut rixas ita bella temere ſuſcipiunt, nec illa finium propagandorum gratiâ, ſed quod dignitatem ſuam à vicina gente contemptam doleant. Ducem eligunt, quem acerrimum judicant. Hic domos

circumiens magnis vocibus ad bellum hortatur: quibus rebus inſtrui debeat quilibet, admonet: eæ ſunt arcus, ſagittæ, & gladius è ligno duriſſimo fabrefactus, quibus hoſtium membra frangunt, & diſſecant. Docet item, quantâ virtute belli tempore opus ſit. Ut verò certiùs utantur ſagittis, à teneris annis combibunt ſagittandi artem, & in tantam perfectionem eveniunt; ùt nulla corporis pars ſit, quam non deſtinato ictu vulnerent, tantâ vehementiâ, ut tabulam quamvis perfodiant. Inſidiis in acie hoſtes circumveniunt, captósque, præſertim ſenes illicò devorant; juniores vinciunt, ut feſtâ die bene ſaginatos lautiùs epulentur: neque is, cui ea mors obtigit, ſecum malè agi putat; quin alacer ad lanienam contendit. ſemotis epulis choro, & choreis indulgent: quas uni inſiſtentes orbi circumagunt, carmina, quibus heroica ſua facta prædicant, modulantes.


Pugno conſtringam, Anni, Braſilienſium ineptias: hariolis (Pages vocant) mirum in modum addicti ſunt. Hi geſtant in ſumma virga cucurbitam, cui inciſus humanus vultus. Huic ignem ſubjiciunt, & fumum ex herbis congeſtum faciunt, cum viſum fuerit. Hunc náribus tamdiu trahunt, dum ebrii vacillare caput,


put, pedésque incipiant. Hæc inebriandi vis innata herbis ejuſmodi eſt. Tum ſtridere dentibus, oculos torquere, ſpumis os horreſcere, necem multis comminari, & hanc amentiam à ſpiritu divino provenire illis in comperto eſt: malè cui limphaticus iſte quidpiam mali prænunciârit; irata ſibi Numina timeat. Magnus igitur ab omnibus honor, & reverentia Pagibus; hos quiſque ſibi demereri muneribus contendit, & ut facilè perſuadetur vulgus, iidem Pages ſub initia, quibus Chriſti lex fulgere terris illis cœperat, populum eâ opinione imbuerant, quorum corpora baptizmatis lavacro tincta forent, carnes eorum à ſaporis gratia multùm deperdere. Labor igitur non exiguus faceſſebatur primis, qui ingreſſi, viris Apoſtolicis, ut hanc perſuaſionem, abolito andrapophagiæ ferino uſu, eximerent, nunc profectó Deus optimus ceptis, & progreſſibus innuat, tam caſtè, inviolatéque illis in oris Romana fides viget, florétque, ut invidiam ciere poſſit multis Europæ partibus. Finierat Nicanor, & ad alia digreſſum parabat; cùm Præfectus colloquium repentinus dirimit; adeſſe hoſpites, alloquium Annij expetere nunciat. Erant hi familiares olim Annij, dum Palladis merebatur ſtipendia, necdum integrè

tegrè Philoſophum Profeſſus, quibus jam honoribus primis laureæ decoris, gratulatus ſortem Annius, hoſpitalem eo die genium addixit, Nicanori, ſi temporum viciſſitudo paſſa fuerit, iterum vacaturus.

O. A. M. D. G.









HT